

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**Mîka'l ham-mal'k Michael Archangelvs, Non Creatvs, Sed Creator, Iesvs Christus,  
Vindicatvs, Dissertatione Philologico-Hermenevtica : Variis Observationibvs  
Illiustrata, Ad Daniel. X,13.21. XII, 1. Iudae Epist. v. 9, Apocal. XII, 7. 1 Thess. IV,  
16. Collato Zach. III, 2.**

Hala Magdebvrgicae: Typis Io. Christiani Hendelii, A. O. R. MDCCXXXII

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862093732>

Druck    Freier  Zugang





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn862093732/phys\\_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862093732/phys_0001)

DFG

63

Fa-1092(53)

מיכאל המליאך  
**MICHAEL**  
**ARCHANGELVS,**  
NON CREATVS, SED CREATOR,  
**IESVS CHRISTVS,**  
**VINDICATVS,**

DISSERTATIONE PHILOLOGICO-HERMENEVTICA,  
*VARIIS OBSERVATIONIBVS IELVSTRATA,*  
AD DANIEL.X,13.21. XII,1. IVDAE EPIST. v. 9. APOCAL.XII,7  
I THESS.IV,16. COLLATO ZACH. III,2.

*QVAM*  
DIVINIS AVSPICIIS  
PRAESIDE  
**M. ERNESTO FRIDERICO**  
**NEVBAVERO,**

ORDINIS PHILOSOPHORVM AMPLISSIMI  
IN REGIA FRIDERICIANA ADIVNCTO,  
*AD DIEM APRILIS,*  
PVBLICO PLACIDOQUE ERVDITORVM ΣΤΜΦΙΟΛΟΓΟΥΝΤΩΝ  
EXAMINI SVBIICET

**GOTTFRIDVS SCHVLZE,**

REGIOMONTE NEO-MARCHICVS,  
SACRARVM LITTERARVM CVLTOR.

HALAE MAGDEBURGICAE, A. O. R. CCCCCXXXII.

TYPIS IO. CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.

VIRIS SVMME PLVRIMVMQVE REVERENDIS, AM-  
PLISSIMIS, DOCTISSIMIS,

JACCHIMO LANGIO,

SS. THEOL. DOCTORI EIVSDEMQVE IN REGIA FRIDERI-  
CIANA PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO, LONGE  
CELEBERRIMO,

PRAECEPTORI ATQVE HOSPITI OMNI OBSEQVII AC PIAE  
VENERATIONIS CVLTV AETATEM PROSECVENDO;

IOANNI RAVIO,

PRAEPOSITO ECCLESiarVM BEROLINENSIVM, AD AEDEM  
D. NICOLAI PASTORI, INSPECTORI ECCLESiarVM VICINARVM GYMNA-  
SIIQVE BEROLINENSIS, ELEEMOSYNARVM DIRECTIONIS RE-  
Giae COMMISSARIO, SOCIETATIS SCIENTIA-  
RVM MEMBRO;

CHRISTOPH. SCHVMACHERO,

BEROLINI APVD FRIDERICOPOLITANOS PASTO.  
STORI VIGILANTISSIMO;

GEORGIO MAEBERO,

DIOECSEOS REGIOMONTANAe IN NEO-MARCHIA IN-  
SPECTORI, PASTORI AD AEDEM BEATAE MARIAE VIRGINIS  
PRIMARIO, NEC NON SCHOLARCHAE;

IO. MAVRICIO SCHRAMMIO,

ARCHIDIACONO REGIOMONTI IN NEO-MARCHIA  
ET PASTORI BERNICOVIENSI;

THEOLOGIS SVMMIS, DE ECCLESIA CHRI-  
STI BENE MERENTIBVS, VIGILANTISSIMIS,

MERITISSIMIS,

PATRONIS ET FAVORIBVS PIA MENTE  
COLENDIS AC SVSPICIENDIS,

HANC DISSERTATIONEM PHILOGICO - HERMENEVTICAM,

DEMISSO OBSERVANTISSIMO QVE ANIMO

DICAT AC CONSECRAT

GOTTFRIDVS SCHVLZE.



## PROOEMIVM.



VI quamdam de rebus altioribus sententiam indubiam certamque adstruunt ac demonstrant eruditi, id si bi datum credunt rectissime, ut rationes, quae in contrarium adferri solent, aequa animi lance bene diligenterque perpendant, easdemque, pro eo ac decet, placide quidem, at solide tamen, retundant. Horum vestigiis nos iam, faxit Deus feliciter! insistere oportet, de re haud proletaria sublimique, *Michaele scilicet archangelo, non creato, sed creatore, Iesu Christo, ex praesidiis, quae philologia sacra & hermeneutica, coniunctissimae illae sorores, suppeditant, disputaturos.*

A 2

Post-

3  
3  
3  
4  
4  
4  
4

Postquam vero monstrauimus,(<sup>1</sup>) Michaelem  
praeter Iesum Christum esse neminem, eam-  
demque in rem argumenta, satis forte gra-  
uia, exhibuimus: reliquum est, ut veritatem  
illam, aduersariorum obiectionibus & argu-  
mentis contrariis recensitis reuictisque, vin-  
dicemus ac defendamus. Miraberis forte,  
lector beneuole, & iuste miraberis, quod tot  
adsint dubia, immo quod plura fere, quam  
argumenta, quae pro nostra sententia adtu-  
limus, deprehendantur. Noli vero eam ob  
rem bonae rei diffidere, siquidem non o-  
mnies, quae adferuntur, obiectiones, magni  
sunt momenti, sed non nunquam, ut verum  
fatear, leuiores videntur. Paucae omnino  
sunt, quae non satis hanc materiam edo-  
& cum possent remorari eumque anxium ac  
dubium efficere. Quare nos eo magis ne-  
cessarium putauimus, ut argumenta, quae  
cumque tandem inuenire licuit, examini di-  
ligenter, modeste tamen subiiceremus. Tu,  
si placet, lege & iudica.

ΣΤΝΟ-

---

(<sup>1</sup>) in *dissert. de Michaeli  
archangelo, non crebro, sed* creatore *I E S V C H R I-  
STO.*

ΣΤΝΟΨΙΣ.

**O**biectiones contra nostram de Michaele archangelo, solo Christo, sententiam proponuntur & soluuntur, ac speciatim quidem, quae sumuntur

I. EX DANIELE: vbi est

1. Michaelem unum principum primorum cap. 10, 13. vocari, §. I.
2. Michaelem dici Angelo creato Gabrieli succurrere cap. 10, 13. id autem foret contra maiestatem Christi, §. II.
3. Simile dubium ex cap. X, 21, formatum a Gomaro, §. III.
4. Gabrielem adstitisse Michaelem, c. XI, I. §. IV.
5. Michaelem esse Angelum creatum, quia vir ille lineis indutus, c. 10, 5. etiam fuit creatus §. V.
6. Quod si vir lineis indutus vestibus sit ipse Michael, cur alio postea nomine vocetur? §. VI.
7. Aliud dubium contra idem emblemata §. VII.

II. EX EPIST. IVDAE, estque

1. non valere parallelismum inter Iudee v. 9. & Zach. III, 2. §. VIII.
2. posse tamen angelum for-

malia Christi verba propone: vnde itidem non sequi, Christum Iud. v. 9. loqui. §. IX.

3. non posse dici de Christo *οὐκ ἐτόλμησεν, non ausus est*, §. X.
4. licet vox *ἀρχάγγελος* semper in sing. ponatur, non tamen sequi, de Christo supervari. §. XI.
5. multos esse archangelos, scil. qui Dan. 10, 13. vocentur *principes primi*, §. XII.
6. aliorum contra archangelum unum obiectiones, §. XIII.
7. similes adferuntur. §. XIV.
8. a Iuda Christum alias haud dici Michaelem archangelum, §. XV.
9. indignum Christo esse, si contra diabolum pugnet, §. XVI.
10. Mosen ab ipso Michaelem, seu Christo, haud esse sepultum, §. XVII.
11. mira cel. HARDTII sententia, Serubabelem primum, & Iudam Maccabaeum alterum esse Michaelem, proponitur §. XVIII.

Δ 3

12. quod

12. quod Iudas de Michael, id Petrum de angelis dice. re, §. XIX.
- III. EX I THES. IV, 16. vbi
1. archangelum creatum esse volunt, quia Christus dicitur *venturus cum voce archangeli*, §. XX.
  2. nec *tubam ipsius Christi esse posse*, §. XXI.
- IV. EX APOCAL. vbi  
*objectiones contra apoc. XII, 7.*  
soluuntur, §. XXII.
- V. EX MICHAELIS NOMINE vbi 1. ex eo nil posse concludi, §. XXIII.
2. nomen illud, grammaticae sumtum, creatum indigitar, §. XXIV.
  3. & filio Dei & archangelo creato hoc nomen in sacris tribui, §. XXV.
  4. nomen מיכאל Christo haud esse a Deo impositum §. XXVI.
- Sequitur conclusio §. XXVII.

## §. I.

**P**RIMVM itaque principemque locum illud occupabit dubium, quod aduersa pars ex Daniel. X, 13. formare adsolet, vbi Michael אחד השרים הראשנים *vnum principum primorum*, seu *praecipuorum*, *primariae dignitatis*, dicitur. Quia Christus sui similes haud habeat, fieri, aiunt, haud posse, ut *vnum ex angelis* dicatur. Itaque, pergunt, quum haec loquutio plurimatatem eiusdem naturae & ordinis inuoluat, consequi, ut Michael angelus sit merus, seu spiritus hypostaticus & finitus. Ita objectionem hanc refert acutissimus theologus, b. IOAN. MVAEVS, (1) sed ita, ut videamus, virum summum eam pro insuperabili fere habuisse, ideoque titubasse, & nihil responsi dedisse, qui reliqua tamen Danielis loca de Christo agere demonstrauit. Eadem aliis, iisque doctissimi.

(1) *scholis propheticis in prophet. Dan. p. 300.*

Etissimis viris, tanti est visa obiectio, ut insanabilem eam rati-  
lubentes in contrariae partis castra concederint. Noto eam  
in rem IOAN. PISCATOREM, (2) THEODORICVM HACK-  
SPANIVM, (3) HENR. HOEPFNERVM, (4) IOAN. CONR.  
DANNHAVERVM, (5) ANTONIVM GRÉLLOTVM, (6) &  
summe reuerendum GVSTAVVM GEORGIVM ZELTNE-  
RVM, (7) aliosque, & ex iudeis prae aliis IOSEPHVM IA-  
CHIADEN. (8) Miramur autem illam difficultatem, quum  
dubii solutio responsioque sit facillima, eaque non vnius  
generis. Primum enim illud **primus**, vt  
sensus sit: *primus*, seu *princeps primorum principum*. Id  
quod saepissime fit apud ebraeos graecosque, monentibus  
IOAN. ANDREA DANZIO, (9) viro orientis litterarum prin-  
cipe, & celeberrimo hodie apud Ienenes philologo, CHRI-  
STIANO STOCKIO. (10) Quid? quod in aliis litteris, in  
orien-

(2) in scholiis ad *analysis logicam epist. Iudee.* p. 1497.a.

(3) notar. philol. theol. in  
varia & difficultia scripturae  
loca, part. II. p. 891.

(4) in locis theol. loco VII.  
p. 144.

(5) diff. theol. quo διάλεξις  
angelica inter Michaelem  
archangelum & antagonistam  
diabolum ex Iudee v. 9. exhib-  
etur, §. 5. in fine.

(6) prodomo in D. Ioan.  
apoc. cap. XI. p. 141.

(7) in bibl. germ. *Altorfis-  
ensibus*, editis 1730. vbi ad  
hanc loquutionem hoc nota-  
uit: *und also ein erschaffener  
engel, wie andere.*

(8) parapbrafi in Dan. ad  
h. l. p. 208. quem locum paulo  
post laudabimus.

(9) interprete ebr. chald.  
§. 7.

(10) interprete graeco, de  
πρώτος §. 175. exempla plura  
etiam adfert in clave linguae  
sanctae vet. test. p. 39.

orientis cultis, huius significatus indicia latent. In diale<sup>c</sup>to Aramaea, in oriente olim dici non potest quam visitata, אהָרְנוֹן solum tenere, continere (quod conuenit cum ebraeo אֲחָרֶנָּא) sed etiam dominari significat, vnde imperium, potentia & אֲחִידָה nec non אֲחִידָה potentem, fortem, dominatorem notat. Vide VALENTINVM SCHINDLERVM (11) & DAVIDEM MILLIVM, (12) decus illud philologicum, apud Ultraiectinos hodie illustre. Sic apud Arabes אֲחָר quoque principem notat, a radice arabica mandauit. Hoc significatu LXX interpretum versio Genes. XLVIII, 23. אֲחָר vertit ἔξειρτον, ut & ibi HVGO GROTIUS exponit. Sic hanc phrasin summis IOSEPHVS IACHIADES, (13) eam sequenti modo vberius dilucidans: שָׁחוֹת אֲחָר וְהַמִּזְחָר מִהְשִׁוּם הַרְאָשׁוּם רֵיאִי בְּנֵי הַמֶּלֶךְ הָאָחָר qui est primus & dotibus separatus (vertente, ita CONSTANTINO L<sup>o</sup> EMPEREVR, (14) ex philosophia ebraeorum, quum id alii unicum vertere soleant) e primariis illis principibus, intuentibus faciem regis, siue Dei. Immo & solus haud raro notat, collato ex LXX interpretibus graecorum eis. (15) De quibus significatis conferantur viri thologi magni,

(11) lexico pentaglotto, (13) in paraphro<sup>s</sup>is in Dan. f.m. 57. (15) in paraphro<sup>s</sup>is in Dan. adh.l. p. 208.

(12) dissert. de idolo אֲחָר Eſ. LXVI, 17. quae V. est inter dissert. eius selectas, varia S. litterarum & antiq. orientalis loca exponentes & illustrantes, §. 6. p. 143. atque inde idoli illius nomen exponit. (14) in versione IOSEPHI illius IACHIADAE l. c. p. 208. & in adnotatione subiecta, p. 209. n.e. (15) Quomodo & DAV. inde idoli illius nomen ex LXVI, 17. nominatum, quod ipse

NON CREATVS, SED CREATOR, IESVS CHRISTVS, VINDICATVS. 9

magni, b. BRANDANVS HENRICVS GEBHARDI, (\*) ven. no-  
ster IO. HENRICVS MICHAELIS, (\*\*) & ven. IO. BAL-  
THASAR BERNHOLDVS, (16) in academia Altorfina hodie  
primarius. Itaque clarissimum est, quod, quum Christus  
hic **אחד השרים הראשנים** *primus principum primorum*  
dicatur, id respectu angelorum, sibi subiectorum, fiat, nihil-  
que innuat, quam ipsum etiam super *primores* esse ange-  
los, hoc est, super angelos primariae dignitatis, seu primo-  
rum ordinum, qui prae reliquis gloria ac splendore emi-  
nentes, vocari possunt **ראשי הראשנים** *primi*, eo fere modo, quo  
septem Persarum Medorumque principes summi  
**הושבים במלכות** *sedentes primo loco in regno* vocati  
*Esth. I, 14.* leguntur: ut ita hi *angeli primi* primo loco cir-  
ca thronum maiestatis diuinæ sedere, aut stare quasi dicantur.  
Qui angeli eadem de causa & **שרים** *principes* vocan-  
tur: vti apud iudeos (17) angelus *Metatron* **שר העולם** *princeps mundi* & *Eph. I, 21.* III, 10. VI, 12. *Col. I, 16.* II,  
B. 10.

ipse cum cel. 10. GOTTER.  
LAKEMACHERO diff. philol.  
de *Gad* & *Meni*, siue *Hecate*  
& *Mano*, a iudeis olim cul-  
ta, Hecaten esse putat, haud  
immerito MILLIVS inter a-  
lia inde deriuat, quasi *vni-  
ea* & sola diceretur; *dissert.*  
indic. §. 6. p. 142.

(\*) *commentat. in Epist.*  
*Iudee*, h. l.

(\*\*) *dissert. philol. de an-*  
*gelo interprete*, §. 19.

(16) *meditat. exegética*  
de Michaele archangelo uno,  
Altorfii 1726. habita, §. 4.  
Quam dissertationem, scripta  
iam impressaque priori no-  
stra, amicus quidam obtulit.

(17) in *iaalkut R. SIMEO-*  
*NIS*, super threnos, f. 366.  
col. 4. & aliis multis in locis:  
de quibus 10. ANDR. EISEN-  
MENGERVS in dem entdeck-  
ten iudentbum, tom. II. cap.  
VII. p. 396.

3

3

4

4

4

10. 15. ἀρχὴ, ἐξουσία, δύναμις, κυριότης vocantur, quia sunt  
 ἀρχές καὶ δύναμει μείζοντες, II Pet. II, 11. Et ut Christus a-  
 llas sacris in litteris saepissime מֶלֶךְ angelus, & angelus  
 foederis, angelus Dei, angelus interpres seu internuntius voca-  
 tur, salua tamen omnibus cordatioribus confitentibus, eius  
 maiestate: ita multo magis primum, seu principem angelorum,  
 dici ipsum posse, nemo credo, diffitebitur, nisi praeiudi-  
 ciorum nubibus praepeditus. Namque hac loquutione  
 usque adeo prerogativa ipsi praे angelis omnino conce-  
 ditur, ut vel caecus iudeus JOSEPHVS IACHIADES, paullo  
 ante laudatus, id agnoscat. Siquidem qui principibus praee-  
 est, maior est digniorque ipsis, quibus praeeft. Sic rex di-  
 gnior est principibus vasallis suis, & imperator romanus  
 principibus imperii, rexque regum Aethiopie regibus sibi  
 subiectis. Verum occurret forte aliquis, negabitque, fieri  
 hic posse, ut vel haec primus principum exponatur,  
 verum unus principum reddendum esse contendet. Bene  
 habet! Accipiamus hanc expositionem, a LXX interpreti-  
 bus expressam: εἰς τῶν ἀρχόντων, nec non a R. ISAACO A-  
 BARBANELE (18) retentam, qui non contemnenda ratio-  
 ne subaudit פָּנָא ex, ut sensus sit: אחד מִן הַשְׁרִירִים unus  
 ex principibus: ut & apoc. I, 5. Christus πρωτότοκος dicitur  
 εἰς τῶν νεκρῶν, hoc est, τῶν νεκρῶν, Syro eodem modo transfe-  
 rente בָּכְרָא דָמֵיהָ primogenitus mortuorum. Sic quod  
 Matth. XXVIII, 11. dicitur τινὲς τῆς κοινωνίας, Syrus ver-  
 tit אֲנָשָׂא מִן קְסֹטוֹנָה. Et in libro de vita & morte  
 Mosis

(18) commentar. ad b.l.vti וּבָנָן קְרָאו הַשְׁר הַגְּדוֹלָה unus ex  
 & IACHIADES & magnis excellentio, quem etiam  
 R. SAL. BEN MELECH in michlal scriptura vocat Dan. XII, 1.  
 iophi h.l. מִן הַגְּדוֹלִים בְּמַעַלָּה principem illum magnum.

בָּא אֶחָד מִן הַשְׁרֵי לְפָנֵי הַמֶּלֶךְ *Mosis* (19) dicitur: *vñus ex principib⁹ ad regem Pharaonem.* Non negamus, hanc expositionem alibi in phraseologia sacra esse fundatam, veluti gen.XXII,2.vbi עַל אֶחָד הַהֲרִים non sub primo, sed vno, siue aliquo montium vertendum est. II Sam. VI, 20. nudatus est כָּאֶחָד הַרְקִים sicut aliquis leuium, siue leuis, psal. LXXXII,7. tamquam homo moriemini וּכְאֶחָד הַשְׁרִים tamquam aliquis princip⁹ cadetis. Neque sic tamen, qui contrariae parti adhaerent, habebunt, quod optant. Etenim, ut ne vllum remaneat dubium, ex parallelismo edocebimus, Christum simili loquutione & alibi intelligi. Cob. VII,28. dicitur מֶלֶךְ מְלִיכָּה אֶחָד מִלְּאָקֶן *angelus interpres, seu intercessor & orator, (magni consilii) vñus ex, siue prae,millenis, & Cant. V,10. דָוִיד צָח וְאֶדוֹם רָגְלָה* dilectus meus albus & rufus est, electus prae myriade, i. e. maximo aliorum numero. Conferendi hic sunt venerabilis IO. HENRICVS MICHAELIS (20) & vir summe reuerendus IOAN. IACOBVS RAMBACHIVS. (21) Fac autem, infra Christi diuinam esse maiestatem, quando vñus angelorum hic dicitur, quod tamen numquam conceditur;

B 2

sed

(19) a GILBERTO GAVL-  
M I N O primum edito, poste-  
aque ob raritatem a IO. AL-  
BERTO FABRICIO, viro sum-  
mo, sed latine tantum, recu-  
so, in principio, collatis GAVL-  
MINI ad libros de vita &  
morte Mosis notis, lib. I. p.

m. 98.

(20) tum in not. vber. in  
*Iobum*, tom. II. p. 433. tum in  
diss. philol. de angelo interpre-  
te.

(21) notis vber. in eccl-  
esiasten Salom. vol. II. in hagio-  
graphia, p. 962.

5.

sed fac tamen: nonne dici posset, quod in eiusmodi casu,  
vbi pro populo suo ad salutem pugnauit, etiam infra di-  
gnitatem libenter sese quasi demiserit? Quod quum in  
toto redēptionis negotio factum scimus: ecquid, amo te,  
hic amplius quaeris? Quod si dicas, in veteri tamen testa-  
mento Christum nondum sese exinanuisse, perpendas ve-  
lim, quod nec nos exinanitionem talem intelligamus, qua-  
lem in nouo testamento suscepit, sed quamdam eius tan-  
tum praelusionem, toties in veteri oeconomia factam, quo-  
ties humana & visibili specie adparuit. Neutiquam ita-  
que ex nostra sententia sanctum mysterium laeditur,  
Christo omnes angelos, etiam secundum humanam natu-  
ram, esse subiectos. *Ebr. I, 4. τοτούτω κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων, ὅσῳ διαφορώτερον παρ' αὐτοὺς κεκληρονόμηκεν ὄνομα.* Laudandi hic sunt, quorum studium in confutanda hac  
objectione fuit egregium, viri celeberrimi b. BRANDANVS  
HENRICVS GEBHARDI, (22) CHRISTIANVS BENEDI-  
CTVS MICHAELIS, (23) & IO. BALTHASAR BERNHOLD.  
(24)

### §. II.

Ex eodem *Dan. X, 13.* aliam objectionem formant non nulli. Dicitur enim creato angelo Gabrieli succurrere Michael. At enim vero, si per Michaelem Christus notare-  
tur, contra maiestatem eius omnino foret, quod Deus in-  
creatus dicatur succurrere rei creatae. Itaque & hunc  
ipsum

(22) in epist. *Iudee com-  
mentat. part. II. §. 43. p. 225.*

(23) ubi adnotat. in *Dan.* p. 5.  
p. 388.

(24) meditat. exegatica de  
*Michaele archangelo uno, §. 4.*

ipsum Michaelem creatum esse oportet. Hocce argumentum adhibuisse HIERONYMVM KROMAYERVM,(25) apud Lipsienses theologum olim primarium, mireris. Potius, ut alibi monstratum, exinde nos pro potentia Christi argumentum sumimus, quia ipse Michael simul atque aduenit, effecit, quod angelus creatus haud potuit. Quod si nos haud adiuuaret, haud pro salute hominum contra satanam pugnaret, hem! actum esset de nobis. Aut an est rege indignum humano, si postquam legatus eius hostem conficeret haud potuit, ipse cum copiis veniat eumque prosterat? Nihil ut dicam, Christum non solum sub serui forma in nouo foedere depingi, sed & in veteri testamento faepius, praecipue Es. LII, 13. LIII, 11. Notandum vero, eum hisce loquutionibus non infra patrem ponit, sed ceu mediatorem nostrum considerari: id quod praeclare ostensum videoas a vener. Ienensis theologo, IOAN. GEORGIO WALCHIO,(26) praceptorre nostro ad cineres usque collendo, & ANDR. DANIELE HABICHHORSTIO,(27) qui hac voce eius in subiiciendo humilitatem; fidelitatem in seruendo; sedulitatem in redimendo, notari autumat. Procul dubio laudatus ille KROMAYERVS nec apoc. XII, 7. de Christo intelligere voluit, quod eodem modo contra Christi maiestatem illam pugnam esse putaret.

B 3

§. III.

(25) commentar. in apoc. Iuum Dei iustum, per notitiam Ioanneam, p. 282. sui multos iustificantem, bre-

(26) differt. theol. de seruo uiter delinquit, Rostochii Dei iustificante, Ienae 1728. 1696. §. 8.

(27) diff. inaug. qua ser-

## §. III.

Simile prorsus dubium FRANCISCVS GOMARVS (28) formauit ex alio licet loco, *Dan. X, 2 i.* vbi Gabriel loquens introducitur: **וְאַיִן אֶחָד מַהְזֹק עַמִּי עַל־אֱלֹהָ כִּי אֲסֵךְ** *ne unus quidem est, qui sese mecum confirmet, nisi Michael princeps vester.* Quod si autem, inquit, Christus per Michaelem intelligeretur, inepta haec expressio indignaque Christo, ceu Deo, foret querela, quandoquidem maxima eius esset potentia, immo omnipotens auxilium. Quam obiectionem non est, quod magnopere timemus, vel refutemus. Sufficient verba, quibus HERMANNVS WITSIVS (29) illam reuincit: *non queritur, inquit, Gabriel de difficultate operis, postquam adiutorem nactus est Michaelem, sed eo uno adiutore contentus, certam sibi pollicetur victoriam.*

## §. IV.

Praecedentibus contrariam plane obiectionem alii ex *Dan. XI, 1.* conquisitam, formant. Ibi creatus angelus Gabriel Danieli narrat, se stetisse, hoc est, adstituisse **לְמַחְזִיק וְלַמְעֹז לוֹ** *in confortantem ac roboramētum ipsi*, scilicet Michaeli, quo de ultimum capitinis praecedentis comma egreditur. At vero, si hic Michael angelus fuisset *ἄντιος*, nullo angelorum merorum auxilio indiguisset, ceu dominus omnipotens. Bene est, quod hic mones, omnino Gabriele haud eguit. Non hic quidem ex statu exinanitionis eius summae explicari res potest: vbi illi, a diabolo tentato, angelis seruire debebant, *Matth. IV, 11.* quomodo & paulo ante

(28) *commentar. ad Luc. I, 26.*

(29) *miscell. sacris, tom. II. exerc. IV. §. 26. p. 135.*

te acerbissimam passionem aliquis, ipsum confortaturus, aduenit angelus, *Luc. XXII, 43.* Non, inquam, sane noster hinc locus explicandus. Sed audi tamen responsonem benigne! Primum enim ille hic loquitur angelus, cui Michael iam antea auxilium praestiterat fortissimum, illo euentu, ut, quod ipse facere non poterat, Michael statim promteque perficeret, satanamque improbum propelleret: quo nomine Michael, ceu opitulatorem suum, agnouit & praedicauit Gabriel, cap. X, i 3.20.21. quem &, ut principem maximum *הַשְׁרָה גָדוֹל* cap. XII, 1. collaudat. Quin Michael ipsi promiserat, se in posterum quoque succurrere velle. Consequitur inde, non ex virium roborisque, quo Michael laborauerit, defectu, factum id fuisse, ac si Michael corroborare debuisset creatus angelus; verum innuitur tantum mutua quasi vtriusque opitulatio. Notari quoque velim, angelum proprie populo Dei opitulatum fuisse, & quia Michael eius primarius, immo vnicus, defensor ac protector erat, coll. cap. XII, 1. hinc dicit, se stetisse in confortantem & roborantem ipsi. Quid? quod in tutando populo, veluti administer & seruus, Michaeli subseruit, eamdemque caussam egit Gabriel. Denique in censum potissimum venit ratio quaedam philosophica, satis in sacris quoque fundata, quod Deus, vbi cumque fieri potest, ordinario omnia modo peragat: ita & pro immensa, qua valet, sapientia, usurpare ordinarie solet angelos & per illos aliquid efficere: quod ipse, si voluisset, vnioco momento, solo verbo, facere potuisset. Et vti angeli sunt *λειτουργοὶ πνεύματα*, *Ebr. I, 14.* sic hominibus quidem; at praecipue tamen Deo eiusque Christo, ceu angelo illi magno foederis, eique capit, inferiunt, iussaque, quam promtissime ac fide-

3

3

3

4

4

4

4

4

4

4

4

5.  
fidelissime, exsequuntur. Quod si huius rei probationem, simulque locum nostro parallelum, desideras: habeto apoc. XII, 7 seqq. vbi itidem boni angeli Michaeli in pugna ad sunt, obsequium suum atque odium in satanam Christo sic testatur: quum alioqui, si placuisset, in hac itidem pugna eorum opera haud vti potuisset. Euolui insuper velim venerandum CHRISTIANVM BENEDICTVM | MICHAELIS, (30) qui dici non potest quam praecclare nebulas has- ce dispulerit.

## §. V.

Aliam quidem, sed quam minimam omnium censemus, obiectionem formant haud pauci. Eundem, aiunt, per Michaelem intelligi, qui *Dan. X, 5* seqq. איש אחר לבוד ברים *vir quidam indutus lineis* vocatur. Vt vero, pergunt, hic vir est creatus: sic & Michael. Deinde namque eodemque utroque est sermo. Haec veterum pariter atque hodiernorum romanensium communior est sententia, quorum & plures statuunt, Gabrielem illum esse virum, lineis indutum. Haud quaquam vero tolerandi sunt isti pontificiorum hoc in loco deprauando conatus; sed perspicuis verbis iam refellendi. Ut breuiter nos expediamus, animus est, unico responso totum illius argumenti fundamentum subruere. Nempe numquam omnino, talis forma, maiestate plenissima, qua vir ille indutus ornatusque adparet, angelo creato in scripturis tribuitur, verum Christo adscribi haud semel clarum est, &, nisi actum (31) agere noilemus, facile monstrandum. Nulla itaque ratio-

(30) ubi. adnot. in *Dan.* cap. XI, 1. p. 396 seqq.

(31) Monstravit hoc PRAESES

ratione concedere possumus, quod hic, ceu verum & irrefragabile, praesupponitur. Vtrobique potius Michael, Christus, intelligendus. Idem claret ex c.XII, 5. Etenim duo angeli ex viro illo, lineis vestibus induito, sciscitantur, ceu ex superiore, quando futura sint Danieli reuelata. Probabile itaque & hinc sit, fuisse illum *angelum interpretem & consilii magni*, qui *confiliarius* γυνι alibi *Ez. IX, 6.* dicitur. Ad haec contraria sententia rationibus, nullo negotio solutis, nititur; nostram e contrario sufficienter **PRAESES** cum aliis demonstrauit. Omnium autem, quos conferre licuit, interpretum modo laudatus **MICHAELIS** (32) solidissime hic cuncta, quae vberius reponi possent, ita exhaustis, vt locus, licet longior, dignissimus esset, qui totus hic exhiberetur. At praeterquam quod vberiores illae *adnotaciones philologico-exegeticae* in omnium hic versantur manibus, limites dissertationis praesentis id non permittunt; lectori autem ipsum ibi legendum quam optime commendando. Praeclare quoque, cum scopo tractationis, contra pontificios institutae, hic egit b. **IOANN. MVAEVIS**, (33) cuius acutissimi viri magni semper facimus iudicium.

§. VI.

Eccur autem, ita alii rationes subducunt, si ille *vir, lineis indurus vestibus*, v. 5 sq. Gabrielis opitulator idemque Michael fuisse: eccur, inquiunt, nouo illum postea nomine Michaelis vocat vates? Cur non potius dixisset: idem

C. ille:

SES in *diff. de Michaele archangelo, non creato, sed creatore, Iesu Christo, nuper habita*, §. 9. p. 24. lqq.

(32) h.l.p. 372--376.

(33) *scholis propheticis in* *Iesu Christo*, p. 233. sq.

ille vir, indutus lineis, opem mihi hic tulit? Igitur ipse Michael hic Christus, per lineis indutum notatus, haud esse videtur. Poteramus varias ad diluendam hancce obiectionem dare rationes, potissimum quod in prophetis consuetum sit, de Messia diuerso sub schemate hic illic agere, easque variis exemplis illustrare. Verum vnico iam facere id tantum libet. In *apocalypsi* Christum nunc sub *viri*, qui habet *gladium anticipatum in ore*, & oculos tamquam flamas, nunc sub *agni*, nunc sub *angeli*, nunc sub *Michaelis, stellae matutinae, Amen, & & ω*, nomine tituloque indicari notissimum est. Sed & praeter dicta nomina in ipso *Daniele* cap. VII, 13. בָּה אַנְשָׁ מֶשִׁיחָ Messias, seu Christus, adpellatur, cap. IX, 24. 25. 26. Obseruauit hoc iam b. IOAN. GEORGIVS DORSCHEVS, (34) qui inter regulas LVI, quas de prophetarum interpretatione dedit, vigesimam ita concepit: *ab una metaphorâ ad aliam nonnumquam transeunt, mox ad priorem redeunt.* Illustrat hoc exemplo *Ez. XXVII, 3 - 9.* vbi *vineâ* vocatur, v. 10. sq. *munita vrbs*, v. 13. *vineâ rursus.* Scilicet ita Christi cognitione & amore abundabant, vt quasi non sat verborum haberent, quibus mysteria exprimerent. Hinc non vna, sed multifaria potius ratione, & sub variantibus emblematum figuris, pro diuersa rerum occasione, de eodem loquebantur, quo & nos, crebra lectione exercitati, in cognitione Christi maiores profectus sumeremus, &, si forte non vnum, alterum tamen schema intelligeremus, sic que clauem ad totam rem cognoscendam haberemus. Ceterum placuit rotunda b. MARTINI GEIERI (35) ad hanc obie-

(34) proleg. ad *entheas S.* (35) paelect. acad. in *Esiae prophetias, reg. XX. p. 7* *Dan. prophetam, p. 805. edit. 3.*

Etionem retundendam responso: *si constat, ait, de re ipsa, neminem scilicet Israelis esse principem inter archangelos creatos, sed solum increatum angelum foederis, seu Dei filium, aeternum verbum, merito tacemus de verborum usurpatione posituque, qui nobis idoneus alias fuisse visus.*

§. VII.

Sunt, qui nostrae de Michaele sententiae refragantes, ex iisdem illis, *de viro talari induito*, verbis aliud argumentum petunt, conceduntque, illum esse Dei filium, coll. apoc. I, 13 sq. vbi eadem hic forma adparuerit; sed tamen ex hoc ipso se demonstrare posse credunt, Michaelem filium Dei haud esse. Rem ita determinant. *Vir lineis induitus vestibus*, seu Christus, quum ex v. 10. Danieli manu tetigisset, v. 12. dicit: *sed princeps regni Persici stetit contra me unum ac viginti dies, quum ecce Michael, unus ex principibus primariis venit ad me iuuandum.* Hic filius Dei de Michaele loquens ac dicens, solum sibi succurrisse Michaelem, Michael ipse esse plane nequit. Immo vero hoc dubium tantopere IOANNEM COCEIVM, (36) interpretem praestantissimum, teste HERM. WITSIO, (37) habuit sollicitum, ut per eum, qui Danieli, lineis induitus vestibus, adparuerit, ipsum spiritum sanctissimum intelligeret. Quem multi sequuti in eam descenderunt opinionem, Gabrielem hic loqui, eumque spiritum sanctum esse: quin ipsum Gabrialem alibi quoque notare spiritum sanctum. Primas inter hos tenet celeberrimus quondam Bremenius theologus FREDERICVS ADOLPHVS LAMPIVS, (38) (quem propterea

C 2

nota-

(36) commentar. ad h.l. IV. tom. II. §. 16. p. 131.

(37) miscell. sacris, exerc. (38) diss. VII. de spiritu sancto,

notauit castigauitque vener. 10. IACOBVS RAMBACHIVS)  
 (39) h.l.tamen rectius sentiens. A qua sententia recte quoque  
 recedimus. Etenim Christus quidem angelus in sacris vocatur  
 & eorum ritu adparuit crebro, numquam autem spiritus san-  
 ctus. Est hoc etiam contra oeconomiam diuinam, siquidem  
 filius tantum mittendus erat in mundum, id quod angeli, seu  
 legati persona, notatum est; pater autem & spiritus sanctus  
 mittunt Christum ad opus mediatoris rite peragendum. Quo  
 ipso nihil potest esse clarius, si consideramus dictum *Esaia-*  
*num XLVIII, 16.* וְעַתָּה אָדָנִי יְהוָה שְׁלַחֲנִי וְרוֹחֵנוּ nunc  
 autem Dominus Deus misit me & spiritus eius, non spiritum  
 suum, ut vertit ob hypothesin suam 10. CASP. MERKENI-  
 VS. (40) Nihil ut dicamus, talia hic Gabrieli tribui, quae  
 spiritui sancto haud sine quadam maiestatis diuinae laesio-  
 ne tribui possent. Etenim ipse dicit, sibi diabolum per XXI  
 dies ita restitisse, ut finem suum adsequi haud posset, adue-  
 niente tamen Michaeli ipsum praeualuisse, cap. X, 13. & v.  
 21. Confer, si placet, quae PRAESES (41) nuper monuit.  
 Varia quoque sunt, quae in reliquis circumstantiis Cocce-  
 janae sententiae regerimus momenta. Primum quidem  
 concedimus, v. 5. 6. Christum ipsum significari; at nega-  
 mus, eum, qui v. 10--13. Danielem attactum adloquitur &  
 insti-

et o, vbi tamen §. 6. in h. l. no- p. 30.

biscum sentit, & in exercitat. (40) obseruat. criticis in  
 ad psalm. XLV. exerc. III. p. passionem, cent. I. §. 97. p.  
 120. 121. 312.

(39) diss. theol. qua Iesu (41) in dissert. de Michae-  
 Christi summa diuinitas, ex le archangelo, non creato, sed  
 eius iuramentis per se ipsum creatore, Iesu Christo, §. 7. 8.  
 demonstrata, substitut, ad §. 8. p. 22. sq.

instituit, eumdem esse, qui potius angelus creatus videtur,  
& haud dubie Gabriel, coll. cap. VIII, 16. 17. 18. sq. IX, 21.  
Postea ipsius labia attingit Christus, X, 16. quia non solum  
**כְּרָמָה בְּנֵי אָדָם** secundum similitudinem filii hominis, vti  
v. 18. **כְּמַרְאָה אֲדֹם** fuisse dicitur, sed & multum distin-  
ctus est ab illo, qui v. 5. 6. aderat, quia eius maiestatem ma-  
xime videtur Daniel veneratus. Praeterea fieri neutiquam  
potest, vt v. 13. de filio Dei intelligatur, quia ita sonat: *sed*  
*princeps regni Persidis stetit contra me viginti & unum*  
*dies, tum ecce! Michael, unus principum primorum, venit ad*  
*mibi auxiliandum & remansit ibi apud reges Periarum.* Ita  
sententiam Cocceianam soluit quoque HERMANNVS WIT-  
SIVS. (42)

§. VIII.

Pergamus ad dubia, quae ex noui testamenti locis  
formare, nobisque obiicere solent aduersarii. Primi argu-  
menti, quod hic referre ac refutare debemus, haec est sum-  
ma: non valere illum loci *Zach.* III, 2. cum *Iudee* epist. v.  
9. institutum parallelismum. Obiicit hoc ANDR. KESLE-  
RVS, (43) idque inde demonstrare instituit, quod a Zacha-  
ria visio; a Iuda vero historia narratur. Eius tamen sen-  
tentia peculiariter hypothesi Iuniana est opposita, nosque  
haud adeo ferire videtur. Eodem modo b. IO. FRANCIS-

C 3

cvs

(42) *miscell. sacr. tom. II. exerc. IV. §. 27. p. 135.*

(43) *in disp. inaug. de di-  
Etorum vet. test. in novo adle-  
gatione, praefide IOAN. MA-  
IORE Ienae 1627. habita, ac*

saepe postea, vt 1729. recu-  
fa. Subiecta etiam est THE-  
ODORICI HACKSPANII *dis-  
putatt. theol. & philol. syllogae,*  
in qua thesi I. §. 3. p. 566. in-  
ueniti r.

CVS BVDDEVS, (44) nondum euictum esse censem, Iudam apostolum ad locum Zachariae respexit. Verum enim vero inter utrumque magnus omnino est consensus concentusque. Idem utrobique subiectum, ibi angelus Dei, hic Michael archangelus Christus: Eadem disputatio cum diabolo instituta. Similis causa, scilicet & diaboli ecclesiam corrumpendi desiderium, & summa Christi cura pro ecclesia pura & intemerata conseruanda tuendaque. Denique utrobique non suo, sed mittentis, nomine loquitur angelus: *increpet te Deus, Satan!* Dum vero in uno illo Iudei locus a Zachariano discrepat, quod non de corpore Mosis sit sermo; inde sane contra nos haud peti potest ratiocinium nostrae sententia reuinci. Non enim semper in omnibus, iisque minutissimis, circumstantiis, duo loca parallela conuenire debent. Satis est, si in multis & maximis ea consensio inueniatur. Id quod modo ostendimus liquido. Egregius praeterea ex nostra sententia cum antecedentibus non minus quam consequentibus est nexus. Ostensurus enim apostolus, quanta sit conuiciorum dignitas, argumento a minori ad maius structo utitur, eoque ex mente sententiaque b. BRANDANI HENRICI GEBHARDI (45) sequenti: *si ne princeps quidem ecclesiae bonam suam*

(44) in ecclesia apostolica, sus conueniunt, quum apud Iudae cap. V. §. 8. p. 598. in institutionibus tamen theol. dogmat. Zachariam outem ipse Dominus, lib. II. cap. II. §. 32. p. m. 411. etsi verba, inquit, increpet te Deus, Satan, Zach. III, 2. existent, reliqua tamen non pror- dam angelus creatus, apud Zachariam outem ipse Dominus, siue angelus increatus ille, haec verba proferat.

(45) in epistolam Iudee com.

*suam caussam conuiciis defendit, multo minus pseudoapostolos  
malam suam caussam conuiciis tueri oportet.*

§. IX.

Nec iure aliquis contra eamdem sententiam nostram regerere potest, posse tamen angelum creatum formalia Christi verba proloqui, ac sua facere, vti id fiat idemtide, quando pii, a diabolo, malisue hominibus tentati, infestati que, usurpent illud, ceu tritum quoddam: *increpet te Deus, Satan!* Verum errat ille, nostro quidem iudicio, quam longissime, qui putat, scripturam non maiorem seruare *angelus beatus*. Non est profecto, non est eius mos, vt ea, quae sanctissimus ac sapientissimus Iehoua in primo casu ad alium dixit, angelo alibi aliue pio in iisdem fere circumstantiis ita quoque tribuat, vt ea in prima persona eloquatur. Potius, quae Dei sunt, Deo, quae hominis, homini, relinquit, ne in errorem inducantur simplices. Nihil vt moneam, illud angeli dictum hodie quasi in proverbiū abiisse, quare illud saepe adhiberi plane haud est mirandum. Et qui de parallelismo scripturae praeceperunt scriptores hermeneutici, solliciti monent rectissime, vt verum noui foederis sensum ex citationibus, e veteri testamento desumatis, praeципue quas ipse spiritus sanctus ostendit, probe hauriamus, indeque de vero dicti, siue historiae sensu iudicemus. Laudandae eam in rem sunt obseruationes, quas summe reuerendus IOAN. IACOBVS RAMBACHIVS, (46) praeceptor omni

*commentatione, part. II. n. 9. 368. sqq. & obseruationibus  
p. 218. selectis de parallelismo scriptu-*

*(46) institut. hermeneut. rae, in exercitat. hermeneut.  
sacrae, lib. II. cap. IX. §. 6. p. §. 4. sqq. p. 213 sqq.*

omni veneratione prosequendus, ea de re dedit luculentissimas.

§. X.

Vnum omnium maxime praecipuum est dubium, quo multi contra nos insurgunt, rati, demonstrari inde posse; quod si non generatim in omnibus, vbi Michaelis mentio iniicitur, in *Iudee* tamen epistola v. 9. vnde obiectio haec est desumpta, creatus quidam angelus intelligatur. Verba haec sunt: ὁ Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος, ὃς τῷ διαβόλῳ διακρινόμενος διελέγετο περὶ τοῦ Μωσέως σώματος, ὅντες ἐτόλμησε κεῖται ἐπενυκεῖν βλασφημίας, ἀλλ᾽ εἴπεν ἐπιτιμήσαι σοι κύριος, *Michael archangelus cum contra diabolum contendens disceptaret de corpore Mosis, non ausus est iudicium maledictionis proferre, sed dixit: increpet te Dominus.* Quae praecipue in controuersiam veniunt graeca verba, non uno eodemque modo transfundi solent. Vulgo redduntur: *non ausus est iudicium blasphemiae ferre, sive proferre:* vbi tamen notandum, genitium obiectum indicare, ut idem sit ac de *blasphemia*: praecclare hoc obseruantibus ABR. CALOVIO (47) & celeberrimo CHRISTIANO STOCKIO. (48) FRANCISCI autem IVNII interpretationem: *non ausus est illi impingere notam maledicti*, ab HERM. WITSIO (49) aliisque adprobata, BRANDANVS HENR. GEBHARDI (50) reiicit, ceu minus adcuratam. Monet enim, κεῖται βλασφημίας plus significare,

(47) bibl. illustr. h.l. exerc. IV. passim.

(48) obseruatt. philol. crit. & exegeticis ad nouum test. h.l. p. 1533. (50) in epistolam *Iudee* commentatione, part. II. §. 47. p. 230.

(49) miscell. sacr. tom. II.

re, quam notam maledicti, aut verbum blasphemum. *Effē e-  
nīm κείσω sententiam iudicis.* Genitium βλάσφημας id no-  
tare, quod per κείσω definiatur & decernatur, maledictum. Do-  
cet porro, Petrum id vocare βλάσφημον κείσιν, sumere scilicet  
βλάσφημo non actiue, sed passiue. Et vero conferendum esse  
illud Petri παρὰ κυρίῳ, praeter dominum, vel in praeiudicium  
domini. Sed ad ipsum pergamus dubium. Perhibent,  
haec verba nulla ratione in filium Dei quadrare, quum ipse  
sit creator diaboli & victor ac conculturator, cuius itaque  
persona indigna sit talis oratio. Et cur, pergunt, ipse, si  
fuisset, Christus, contra malum genium sententiam iudicis,  
eamque damnatoriam, proferre haud potuisset? Quibus  
duas rationes adiungunt. Altera est, quod Christo, etiam  
secundum humanam naturam, omnem iudicandi potestatem  
a patre datam esse legamus; *Mattb. XXVIII, 18. Io. V, 22.  
act. XVII, 31.* Altera vero est, quod alibi Christus aperte  
illi maledixerit *Ivan. VIII, 44.* & denique illum in extremo  
die aeterno fit suppicio affecturus. Igitur, concludunt, ne-  
cessarium, longeque clarissimum est, angelum creatum prae-  
tereaque nullum, hic intelligi. Sed bona verba quaeso!  
Scimus quidem, plurimos & tantum non omnes, ecclesiae  
nostrae interpretes, nodum hunc non soluisse, sed secasse,  
atque his verbis inductos duos Michaeles, unum Christum,  
angelum αὐτισον, alterum creatum, qui omnibus praesit an-  
gelorum ordinibus, esse & nominari, sibi persuasisse. No-  
minatim produco, qui dubium hoc inexpugnabile putau-  
erunt, theologos nostrae ecclesiae longe optimos, HENR.  
HOEPFNERVM, (51) IOAN. CONRADVM DANNHAVE-

D

RVM,

(51) locis theologicis, loco VII. 21. p. 144.

RVM, (52) CHRISTIANVM CHEMNITIVM, (53) & clari-  
fiss. HENR. ANDR. WALTHERVM. (54) Accedit ex refor-  
matis ANTONIVS GRELLOTVS. (55) Sed tamen licet haec  
aliaque tantorum virorum nomina omni veneratione pro-  
separar; quum tamen ut in aliis studiis, sic & in hermeneu-  
tico, omnium fere praefantissimo, praeiudicia, ceu veritatis  
impedimenta primaria, sint eruenda: libere, at modeste, me-  
am hic sententiam dicam, dum hanc obiectionem rationi-  
bus eneruabo. Interioris philologiae cognitio statim re-  
sponsionem haud contemnendam suppeditabit, scilicet illud  
 $\delta\upsilon\tau\omega\mu\alpha$  ex graecismo hic esse exponendum, idem ut si-  
gnificet ac nolle, *indignum putare*: quam significationem  
THOMAS GATAKERVS, (56) Anglus, litterarum graeca-  
rum princeps, adstruxit. Ad haec saepe verbum  $\tau\omega\mu\alpha$   
per *pleonasmum*, graecis elegantissimum, ponitur: vti *Mattb.*  
XXII, 46.  $\delta\omega\delta\epsilon\acute{\epsilon}\tau\omega\mu\eta\sigma\acute{\epsilon}$   $\tau\omega\delta\acute{\epsilon}\pi'$   $\acute{\epsilon}\kappa\epsilon\lambda\nu\tau\omega\tau\omega\acute{\epsilon}$   $\tau\omega\delta\acute{\epsilon}\pi\acute{\epsilon}\omega\tau\omega\acute{\epsilon}$   
 $\epsilon\omega\tau\omega\tau\omega\acute{\epsilon}$   $\acute{\epsilon}\kappa\eta\kappa\acute{\epsilon}\tau\omega\acute{\epsilon}$ , & *Ioan.* XXI, 12.  $\delta\omega\delta\epsilon\acute{\epsilon}$   $\acute{\epsilon}\tau\omega\mu\alpha$   $\tau\omega\delta\acute{\epsilon}\pi\acute{\epsilon}\omega\tau\omega\acute{\epsilon}$   
 $\acute{\epsilon}\xi\acute{\epsilon}\epsilon\tau\omega\tau\omega\acute{\epsilon}$   $\acute{\epsilon}\kappa\eta\kappa\acute{\epsilon}\tau\omega\acute{\epsilon}$ , hunc significatum esse adstruxit DAN. HEIN-  
SIVS,

(52) in diff. theol. qua diac-  
λεξις angelica inter Michae-  
lem archangelum & antago-  
nistam diabolum ex Iudae v. g.  
exhibetur, Argentorati 1666.  
recusa 1689. §. 6.

(53) in Michaelis archangelici cum diabolo de corpore Mosis certamine ex Iudea v.g. disput. inaug. delineato. Jenae

1653. posit. 2. p. 11. qui etiam putat, indignum fuisse Christo, ut cum angelis certet.

(54) *exegesi epistolae apost.*  
*Iudae*, v. 9. p. 105.

(55) *prodromo in D. Ioan.*  
*apoc. p. 141.*

(56) in cinno, seu aduers.  
miscell. cap. IX.

SIVS, (57) ὁ πάντα, qui & loca illa ita vertenda contendit: nemo vero eum interrogabat. Idque, vt multis videtur, non improbe. Non enim ausus negatur, ac si id facere non debuissent; sed actus, quod non opus videretur, vt in re, omnibus iam nota discipulis, Iesum scilicet reuera esse Messiam, ex ipso quaererent. Videndi quoque hac de obseruatione CAROLVS LE CENE, (58) & philologus ac theologus Hamburgenium celeberrimus, IOAN. CHRISTOPHORVS WOLFIVS. (59) Vtra verbi τολμᾶν significatio magis ad rideat & eligatur, nihil hic differt, certe Christo haud indigna adparebit, sed recta erunt omnia. Prior hunc fundit sensum: noluit Michael indignumque putauit contra diaboli blasphemias multum respondere, iudiciumque condemnationis proferre. Posterior significatio hanc reddit versionem: iudicium condemnationis contra satanam haud protulit. Ultimae versioni fauent duo loca parallela. Alter est Zach. III, 2. vbi, quum similis historia narratur, itidem angelus foederis, idemque Iehoua, Christus, simpliciter dicit: יגער יהוה בך השׁטן ויגער יהוה בך, *Satana, increpet, inquam te.* Nihil autem monet scriptor propheta, quod iudicium blasphemiae proferre non ausus fuerit, sed simpliciter, quod id haud protulerit. Qui locus eo magis nostri huius verbi τολμᾶν interpres esse debet, quo magis constat, ipsum esse nostro parallelum; ceu supra §. 8. monuimus, & a PRAESENTE (60) alibi adsertum est.

D 2

Alter

(57) exercitatt. sacris, p. 237.

(59) curis philol. & critici in IV euang. & actus apost.

(58) in proiet d'une nouvelle version françoise de la bible, p. 590.

p. 997.

(60) diss. de Michaele arch-

an-

5.  
 Alter locus est II Pet. II, 11. qui nostro Iudee loco semper habetur parallelus, & quamuis de angelis creatis tantum loquatur, de quibus id potius dici posset, nihil tamen de illo τολμᾶν habet, sed tantum ὃν Φέρουσι, non proferunt, inquit, κατ' αὐτῶν παρὰ πυρὶ βλάσφημον νείσων. Sic & beatus Argentoratensium theologus, IOAN. CONRADVS DANNHAVE-RVS, (61) qui non voluit, ait, illius blasphemias iudicio blasphemiae iustae, hoc est, nocumenti famae, remunerari, licet potuisset. Hic subit mirari, quod quum tam probe loquitionem illam ὃν ετόλμησε exposuerit DANNHAVERVS, nullum ut remanere posset dubium, de Christo sic admodum commode verba intelligenda; tamen antea eam, ceu caussam, allegauerit, cur Christus hic intelligi nequeat. Sunt alia, quae ex philologia in praesentia monere visum fuit. HERMANNVS WITSIVS, (62) vir prorsus insignis, vertit nostrum locum: non sustinuit, non induxit animum impingere ipse notam maledicti, id est, vltionem maledicendo sumere, & postmodum plura & egregia huius significatus exempla adducit ex EVRIPIDE & PLATONE. (63) Quae & larga manu suppeditat IO. CASPARVS SVICERVVS, (64) qui & ipse in nostram sententiam abit. Rem quoque acutetigit clarissimus apud Ienenses philologus, CHRISTIANVS STO-CIVS, (65) quando monet, τολμᾶν notare generatim inducere.

- 
- |   |  |
|---|--|
| <i>angelo, non creato, sed creatore, Iesu Christo, §. 10. p. 29. sq.</i><br><i>(61) .dissert. theol. qua dia-λεξις angelica inter Michaelēm archangelū &amp; antagonistām diabolū exhibetur, §. 10. p. 12.</i><br><i>(62) miscell. sacr. tom. II.</i> | <i>exerc. IV. p. 123.</i><br><i>(63) l.c. §. 28. p. 136.</i><br><i>(64) thesauro ecclesiastico, tom. I. p. 1276. sq.</i><br><i>(65) in clave linguae san-ctae noui test. p. 989.</i> |
|---|--|

cere animum, quacumque id fiat rotione, nostroque speciatim loco id velle significare censet. Haud omittendum hic duco, apud latinos quoque verbum *audeo* hoc significatu apud probatores auctores haud raro occurere. Ita *sodes*, si originem quaeras, idem est, atque *si audes*, hoc est, *si vis*, ceu ex M. TULLIO CICERONE & DONATO constat, (66) alibique pro *velle* sumi item est obseruatum. (67) Sed si vel maxime notionem: *non ausus est*, retinendam contendas, esto illud. Neque enim plurium rationum defectus nobis est, Notes itaque generatim, quod ea de caussa Christus iudicium blasphemiae proferre non ausus fuerit, quia tum *Zach.* III, 2. tum in nostro *Iudee* loco, ceu angelus, id est, legatus, a Deo patre ad hunc actum missus, idemque mediator & intercessor, consideratur, qui rem illam apud Zachariam cognoscere, & apud Iudam Mosen terrae mandare debeat. Placet quaedam summorum virorum ad hos locos cogitata, pia ea, ideoque magni facienda, adponere. Quod EVSEBIUS HIERONYMVS (68) ad priorem tantum locum obseruavit, merito de ambobus valebit: *Dominus de altero domino loquitur, non quod ipse dominus, qui loquitur, increpare non posset, sed quod ex unitate naturae, quum alter increpauerit, increpet ipse, qui loquitur.* Hieronymianis his verbis vener. CHRISTIANVS BENED. MICHAELIS, (69) praceptor pio mentis cultu aetatem colendus, haec praeclara subiungit:

D 3 sed

(66) conf. *thesaurus erudit. scholasticae* BASIL. FABRI per CHRISTOPH. CELLARI- VM & ANDREAM STVBE- LIVM adauctus, voce *sodes*.

(67) l.c. verbo *audeo*.

(68) *commentar. ad Zach.*

III, 2.

(69) *notis ad biblia Ebr.*

*Zach. l. c.*

5.

*sed modestiae admirabilis significationem insuper verba habent,  
coll. Iudae v.9. & angelum hunc, ut mediatorem pro suis inter-  
cedentem, proponunt, ut supra cap. I, 12. coll. Iobi XXXIII, 23.  
Eximie quoque HERMANNVS WITSIVS: (70) non, inquit,  
quod timuerit diabolum, sed quod ex decoro omnia agere vo-  
luerit, personam angeli, quam suscepereat, rite tueri, diabolo se  
dissimillimum demonstrare, & hominibus, quibus haec erant pa-  
tēfacienda, patientiae exemplar relinquere. Et paullo post:  
(71) non sustinet ipse sententiam conuicciū proferre aliter,  
quam postulando iudicium patris. Nimurum quia filius nihil  
potest dicere & facere, nisi quod audiuerit patrem dicere &  
facere, Ioan. V, 29. 30. ratio est, non minoritas, sed unitas. - -  
Adeo in tota hac re nihil est, quod infra praestantiam filii  
Dei sit. Non possumus nobis temperare, quin, quae BRAN-  
DANVS HENR. GEBHARDI, (72) iam saepe a nobis lauda-  
tus, habet cogitata, breuiter strictimque recenseamus: hu-  
manae, ait, naturae, quae Deo minor, signum est, quod ὅν  
ἐτόλμησε τῷ διαβόλῳ ἐπενεγκέν νέστων. Atque παραφεάζει:  
non ausus est, tamquam iudex, maledicta in magistratum con-  
cicerere, quum id solius Dei sit, a quo magistratus dependet.  
Erat enim Michael διακενόμενος, quod notat talem, qui sub iu-  
dice contendit. Syrus hanc emphasis expressit in ΚΤΡΑ  
quod est: ausus est cum auctoritate raptā sibi non conuenien-  
te, ITim. II, 12. usurpatur pro αὐθεντεῖν, auctoritatem usur-  
pare. Sic FRANCISCVS IVNIVS (73) simili modo rem ita  
sibi*

---

(70) miscell. sacr. tom. II. *commentatione*, part. II. §. 47.  
exerc. IV. §. 7. p. 123. sq. p. 230.

(71) l. c. p. 124.

(72) in epistolam Iudae

(73) *notis ad h. l. Iudae.*

concipit, continuisse se Christum in dictis factisque, neque in conuicia erupisse, ut serui humilitatem, qua semper vſus fuerit, dum missus sit ad patris sui voluntatem perficiendam, ostenderet. Hunc in finem similem locum adfert, vbi itidem se continuerit *Zach.* III, 2. parallelum illum. Ego addiderim locum *Matth.* IV, vbi Christus, a malo genio tentatus, in responcionibus nil quidquam iudicii illi impingit, sed v. 4. 7. placidissime respondit, & tandem v. 10. *apage*, inquit, *Satana*. Varias quoque, partimque alias, rationes tradunt 10. *COCEIVS* (74) & *PETRVS VAN HOEKE*, (75) ob angustum spatium omittendae. Supersunt adhuc variae cauſſae, quas tradunt, qui hic non Christum, sed creatum angelum, intelligi credunt. Illi enim itidem cauſſam quaere-re debent, cur angelus, quem fingunt, creatus, tale iudicium proferre haud fuerit ausus. Prior est, quod, etiam si dia-bolus a Deo creatore defecerit; bona tamen adhuc fuerit res creata. Hanc rationem allegat b. *IOAN. GERHARDVS*, (76) minime placentem. Posterior ratio est, quod *meri-tus quidem diabolus fuerit maledictum, sed per archangeli os blasphemia exire non debuerit*, quae mens sententiaque est *EVSEBII HIERONYMI*. (77) Hanc sententiam ex pontifi-ciis etiam *FRANCISCO DE MENDOZA* (78) & *DIDACO DE*

BAEZA

(74) *commentar. ad Zach.* III, 2. & in *epift. Iudae* v. 9. 32. nec non in *commenta-*

*rio in poster. epift. Petri*, p.

260.

(75) *in der zergliederten auslegung der 12 kleinen propheten, ad Zach.* III. 2. p. 146. (77) *comment. ad Tit. cap.*

III.

(76) *in adnotat. postumis in epistolam Iudae*, p. 28. & (78) *commentar. in lib. I.* regum, tom. I. p. 101.

5.  
 BAEZA (79) placere notat b. IOAN. ERNESTVS GER-HARDVS. (80) Meliorem his suppeditat IO. CONR. DANN-HAVERVS, ipse creatum intelligens: *sane maxima*, in-quit, *archangeli mansuetudo inde adparet*, quod in re liceat grauissima & caussa iustissima aduersario satanae notam male-dicti impingere noluerit. Sciebat, quod maledictis & conui-ciis Dei gloria non defendatur. Scimus quoque diaboli pro-prium esse, pugnare armis blasphemiae & conuiciorum. Arch-angelus vero iudicium illi pronuntiare non debet, quippe qui non in manu & potestate sua habet aduersarios suos, qui que iure, auctoritate & viribus non valet ad sententiam exsequen-dam, igitur etiam de corpore Mosis secum disceptanti poenam exigere non erat constitutum, sed ad suum tempus reserua-tum. Sed cur tot aliorum loca hic sunt adcumulata? Ut in re difficiili aliorum doctissimorum placita laudaremus, quibus, quod hic a quibusdam fingitur, insuperabile dubi-um, clare aperteque & vario quidem diuersoque modo, solueretur, ideoque veritas in apricum produceretur. De-nique ad rem forte faceret, si dicamus, Michaelem hoc ex sapientia facere noluisse. Si enim probabile est, quod IO. CONR. DANNHAVERVS, (81) & HERM. WITSIVS (82) cen-sent,

(79) commentariis allego-  
ricis & moralibus de Christo  
in vet. test. figurato, p. 161.

(80) in analectis ad patris  
IO. GERHARDI adnot. postu-mas in epistolam Iudae, p. 28.

(81) dissert. theol. qua dic-i-  
λεξις angelica inter Michaelem

archangelum & antagonistam  
diabolum ex Iudae v. 9. exhib-  
etur, §. 18. scimus quoque,  
inquit, diaboli proprium esse,  
pugnare armis blasphemiae &  
conuiciorum.

(82) miscell. sacris, tom. II.  
exerc. IV, §. 7. p. 123.

sent, diabolum plurimas contra Iehouam ac speciatim Michaelem iam euomuisse blasphemias: sine dubio multo plura conuicia contra eumdem perinde ac Deum prolatus fuisset, si Michael iudicium blasphemiae vibrasset. Admodum itaque sapienter prudenterque se in praesens maledictis abstinuit.

§. XI.

Nouo argumento, an valido, videbimus, nobis quidam resistunt, dicentes, licet vox *ἀρχάγγελος* semper tantum in singulari occurrat, non tamen sequi, illum vnicum esse, & quidem Christum. Praeterea dant instantiam ex Matth. XII, 23. vbi *Beelzebub* dicitur *ἀρχῶν τῶν δαιμόνων*. Quemadmodum autem angeli mali habent ex suo ordine vnum principem omnium, eumque creatum: ita boni eodem modo vnum creatum, omnium reliquorum angelorum, thronorum & dominationum, principem, habere possunt. Ita b. IOAN. REINHARDVS HEDINGERVS, (83) vir pius & doctus. At vereor ego, vt in hoc ratiocinio vlla sit consequentia. A malis enim ad bonos haud possumus argumentari, siquidem mali ob lapsum & malam indolem non possunt Christum habere & agnoscere pro suo principe & capite: vt ex rei natura id est clarissimum, nec disputacione eget. Boni tamen id facere possunt, & ex eo reuerantur, quia in scripturis Christus vocatur *angelorum capit*, veluti Col. I, 10. Ad haec nos non ex vnica hac voce, a ceteris quasi abrupta, argumentum ducimus, Christum esse archangelum, sed quia Iudae v. 9. ex parallelismo cum Zach. III, 2. de Christo agere debet, consequitur, vt hic Christus sit

E archan-

(83) notis ad I Thess. IV, 16. in nouo testam. germ.

archangelus bonorum angelorum, exsertissime vocatus. Et hac nostra hypothesi adsumta, adposite illa potest ad locum I Thess. IV, 16. applicari. Optimum autem pro nostra opinione praesidium forte fuerit, si dicamus, angelis bonis esse non posse archangelum creatum, quia nullus eorum super omnes reliquos dominium habere potest. Dominum enim illud ex lapsu tantum potest oriri. At vero haud sunt lapsi. Non ergo unus angelus creatus omnibus reliquis potest dominari, iisque mandata dare. Sed Christus eorum potest esse dominator, quia eorum est creator & Deus adorandus. Igitur apud malos angelos unus eorum omnium potest esse princeps & dominus, quia ob lapsum apud eos datur eiusmodi dominium. Perinde, vti apud homines ante lapsum non fuisset dominium, sed omnium iucunda aequalitas & harmonia existisset, caputque suum & principem Deum tantum agnouissent, quum post tristem eheu! lapsum multo aliter habeat, dominio hominum in homines sic introducto. Sed hac de re pluribus agitur in iure naturae.

### §. XII.

Aliam obiectionem contra αρχαγγέλουν vocem profert b. EVSEB. HIERONYMVS, (84) eos, qui *Dan. X, 13.* הַשְׁׁרִים הַרְאָשָׁנִים principes primi vocentur, esse archangelos. Similiter IO. FECHTIVS (85) manifestam plurium angelorum nominationem hoc loco inuenit. Addo IO. CONR. DANNHAVERVM. (86) Verum sententia illa prouenit ex loco illo

(84) *commentar. in Dan. syllogen, disp. X. §. 4. p. 181.*  
X, 13.

(86) *diss. theol. qua dicimur.*

(85) *lectionibus theol. in*

xi

illo Danielitico, minus recte intellecto: de quo, quae §. L.  
monuimus, si penitentur, alium nobis conceptum formare  
poterimus. Sufficiat, hic dixisse, *principes primos esse ange-*  
*los primorum ordinum, quos neutquam negamus. Quod*  
*vero pluralis ἀρχάγγελοι sit ἄγγελος, nemo est, qui ignoret.*

§. XIII.

Sunt & alia, quae laudatus IO. FECHTIVS (87) con-  
tra sententiam, vnum esse archangelum eumque Christum,  
efformauit dubia. Est vero primum: *ipsum ut angeli, ita*  
*& archangeli, nomen ordinarie angelum creatum notare, a*  
*quo significatu sine graui ratione discedendum non esse.* Sed  
vti primum clarissimum est & sine controversia: ita poste-  
rius in controversiam venit: vnde nec dici potest, ordina-  
rie archangeli nomen creatum denotare. Tum vero id  
valeret, si loca, quae extra dubium de creato archangelo a-  
gerent, proferri possent. Maxime autem proprie per arch-  
angelum Christum intelligimus, quia tum alibi Christus  
quam saepissime angelus vocatur, tum praecipue talia hic  
ad sunt, quae impediunt, quo minus de alio, quam Christo,  
haec intelligere possimus. Secundam obiectionem ita pro-

E 2 po.

*ξισ angelica inter Michaelēm*  
*arebangelum & antagonistam*  
*diabolū ex Iudee v.g. exhibe-*  
*tur, §. 5. qui nominantur,*  
*inquit, principes primarii, illi*  
*graeci videntur recte dici pos-*  
*se ἀρχάγγελοι.* Nescio ita-  
que, quo iure IOAN. FECH-  
TIVS l. c. §. 4. p. 180. dicere  
potuerit, praceptorē su-  
um DANNHAVE RVM, vnum  
tantum archangelum, eum-  
demque increatum, filium  
Dei, recepisse. Vide quo-  
que, quae ex DANNHAVE-  
RO notabimus §. 14.

(87) l.c. §. 4.p. 180. 181.

ponit: archangelus ille proprio nomine Michael vocatur, quod nomen non Deo, sed creaturae, vel homini, vel angelo, proprie competit, quippe ei grammaticae proprium. A qua proprietate longe minus sine grauissima ratione recedendum est. Haec ex eo promanauit sententia, quod multi statuant, nomen hoc significare vel *quis est*, *sicut Deus?* vel *qui est sicut Deus.* Verum nos adstruximus, nomen hoc proprie notare: *quis est sicut hic Deus?* ideoque in sua emphasi & dignitate praeter Deum tribui posse nemini. Praeclare itaque in Christum hoc nomen quadrat. Omissis ceteris, quae suo loco occurruunt soluta, aliud eius dubium proponeamus.(88) Si dantur, inquit, angelorum ordines, ut reuera dantur, dantur & archangeli. Fateor, me vim huius argumenti non perspicere. Id scio, varios angelorum ordines sacris in litteris proponi. Id & ipsi supra §. 1. & §. 12. largiti sumus. Sed varios propterea esse archangelos, nec consequi statuo, nec in sacris litteris inuenio. Et cur, si reuera varii essent archangeli, I Thess. IV, 16. diceretur ἐν Φωνῇ ἀρχαγγέλου, nisi vnicus esset, ille scilicet, qui postea vocatur Deus, καὶ ἐν σάλπιγγι θεοῦ; Cur non potius dictum fuisset: ἐν Φωνῇ ἀρχαγγέλων;

## §. XIV.

Vnicum adhuc, quantum scio, contra archangelum increatuum, dubium reliquum est. FRANCISCVS nempe IVNIVS,(89) quem sequuti sunt IOANNES PISATOR,(90)

10.

(88) in ipsa disp. X. §. 11. operum, p. 1292.  
p. 174.

(90) analysi logica h.l.

(89) notis in h. l. tom. I.

10. GERHARDVS, (91) IO. CONR. DANNHAVERVS, (92)  
aliique, nomen archangeli dupli ratione accipi posse sta-  
tuunt, vel quasi significetur, hunc esse archangelum, tamquam  
ceterorum principem, vel quasi hic Michael sit unus ex arch-  
angelorum numero par reliquis: vti DANNHAVERVS lo-  
quitur: qui posteriorem sententiam suam fecit, eamque in  
rem sequentes tres rationes producit. Prima: quia non di-  
citur ἀρχων ἄργελων, sed archangelus, neque enim haec sunt  
synonyma, sicut in simili archidux Austriae esse potest, qui non  
est ἀρχων omnium ducum; & contra potest esse ἀρχων omni-  
um ducum, rex nimirum, qui duces sub se habet, qui tamen  
non est archidux. Sed haec distinctio minus est fundata.  
Praeterquam enim, quod in sacris haud inueniatur ἀρχων  
ἄργελων, omnium confessione philologorum vox ἀρχάργε-  
λος idem notat. Quam in rem vel unicum eumque tritis-  
simum, adducam GEORGIVM PASOREM, (93) qui non  
tantum id nominis vertit: princeps angelorum, sed & ex αρ-  
χος, idem, vt ait, quod ἀρχων, princeps, deducit: vti IO. CASP.  
SVICERVVS (94) ex ἀρχων & ἄργελος. Notandum praet-  
erea, illud ἀρχων si in compositione nominibus praepona-  
tur, non solum primam dignitatem, sed praesidium etiam  
& imperium in alios significare. Exempla prostant mul-

E 3 ta,

(91) adnotat. postumis in  
epist. Iudee, p. 28.

(92) diff. theol. qua διάλε-  
ξις angelica inter Michaelem  
archangelum & antagonistam  
diabolum ex Iudee v.g. exhibe-  
tur, §. 5.

(93) lexico graeco-lat. in  
nouum test. col. 13. editionis,  
quae studio & labore cel.  
CHRISTIANI SCHOETT-  
GENII prodit.

(94) lexico graeco-latino,  
hac voce.

ta, veluti *ἀρχιπολην*, vti itidem Christus vocatur I Pet. V,4.  
*ἀρχιεγεύς*, princeps sacerdos, *ἀρχέλαος*, populi rector: vti apud Dorienses tribules vocabantur, *ἀρχηγέτης*, *ἀρχηγός*, *praeses*, princeps, dux, *ἀρχιτέτων*, & innumera alia exempla. Id etiam ipsa docet vox, quae compositionem facit, *ἄρχων*. Etenim secundum G V I L. B V D A E V M (95) *ἄρχειν* est praeesse & imperium habere, vnde *ἄρχων* priuato nomine peculiarique dicebatur ὁ ἡγεμὼν καὶ πρύτανις *αὐθίκτον*, ἐπώνυμος τῶν *ἄρχοντων*, a cuius nomine fasti perscribabantur, ut a consulum Romae. Is *ἄρχων* ita praeverat iudicibus iudiciorumque moderator erat, ut Romae praetor. Praeterea simile illud b. D ANN HAVERI, (quod ex sermone humano, saepe non satis fundato, desumptum est, quum contra diuinus semper sit adcuratissimus) egregio, eoque omni exceptione maiori, exemplo reuincere poterimus. Qui enim Marc. V, 35. 36. 38. & Luc. VIII, 49. *ἀρχισυνάγωγος* vocatur Iairus: (*ebraeis רָאשׁ וִישִׁיבָה* dictus) ille Luc. VIII, 41. *Ἄρχων τῆς συναγωγῆς* dicitur. Quae obseruatio totam hanc obiectionem dirimit. Altera obiectio est: licet scriptura nusquam archangelos numero plurali nominet; sed vt hic Iudee v.g. ita & I Thess. IV, 16. archangeli numero singulari meminerit, non tamen necessario Christus intelligitur. Ibi enim a Christo distinguitur archangelus, *tubicen* & *Christus*. Quod ad prius adtinet, notabile est, vt diximus, quod eo loco, ubi, si essent, vel maxime nominandi erant plures archangeli, tamen vnius tantum mentio fiat, qui deinde *Θεός*, *Deus*, vocatur: vnde caussam habemus statuendi vnicum tantum archan-

(95) commentariis linguae & col. 187.  
 graecae, col.m. 160. lin.41.sq.

archangelum. Ceterum posteriori loco non distingui Christum tam clarum est, quam omnes confitentur, eum ibi per Deum indicari: ut infra §. XX. & XXI. dicemus. Addenda denique tertia obiectio: si maxime quis locum Dan. X. 13. de filio Dei, & non de angelo creato, interpretari velit, vti omnino exponendus est; manet tamen, Michaelem esse unum ex archangelorum numero, sed primum. Ad quam responsonem habes §. I.

§. XV.

Porro quidam aiunt, Iudam in epistola sua aliis semper Christum designare nominibus, numquam vero ipsum vocare angelum, vnde haud probabile esse putant, per Michaelem archangelum Christum ab ipso innui. Consideremus vero, quam breuis sit epistola, commata tantum XXV continens: in qua & vix alibi occasio de Christo loquendi occurrit. Hoc vero loco admodum commode Christum Michaelem archangelum vocat, quia de angelis generatim loquebatur v. 6. vnde ad eorum principem & caput transit.

§. XVI.

CHRISTIANVS CHEMNITIVS, (96) theologus eximius, indignum Christo fuisse putat, si cum angelis malis concertaret: ideoque Michaelem hunc filium Dei haud esse concludit. Sed dudum ante huic obiectioni occurrit reposuitque IVNIVS, (97) Christum hic sese demississe:

vtr

(96) in Michaelis archangelum II. p. 11.  
geli cum diabolo de corpore (97) notis ad b. l. tom. I.  
Mosis certamine ex Iudee v. g. oper. p. 1292.  
disp. inaug. delineato, positio-

vti postmodum a diabolo fuerit quidem tentatus; superior tamen manserit.

§. XVII.

Nec Mosen ab ipso Deo sepultum esse contendunt quidam, putantes, angelorum id ministerio, quo usus fuisset, factum. Ita plurimi patres, & ex nostris 10. ERNESTVS GERHARDVS (98) statuere videntur. Eodem modo nostram sententiam negat b. 10. ANDREAS SCHMIDIVS. (99) Apertum est, eam sententiam ex Michaelis, ceu angeli creati, conceptu enatam esse. Et quum unus adfuerit creatus, (loquor ex eorum hypothesi) statim plures sibi concipiunt. Evidem huic sententiae obstare video *Deut. XXXIV, 5. 6.*  
וַיָּמָת שֵׁם מֹשֶׁה כִּבְרִיּוֹת בָּאָרֶץ מוֹאָב עַל־פִּי יְהוָה וַיָּכֹר אֹתוֹ  
*ita Moses, seruus Domini, mortuus ibi est, in terra Moabitica, prout dixerat Deus. Sepeliuit autem illum.* Vbi id ratio dictat, ἀπὸ νοῶν in verbo *sepeliuit* subaudiendum esse Iehouam. Itaque ipse Deus illum sepeliuit, ille scilicet, qui & Michael vocatur, neutiquam creati angelii, licet forte angelorum comitatu fuerit ipse circumdatus. A qua proprietate significationis sine grauissima ratione recedere numquam licet.

§. XVIII.

Par esset, vt in praesens miram illam cel. Helmstadien-sium philologi HERMANNI VON DER HARDT (100) sen-tentiam

(98) *diff. tb. de sepultura* §. 62. *praecipue.*  
*Mosis.*

(100) *in progr. festo Mi-*

*(99) dissert. theol. exegeti- chaelis publicato, nec non in*  
*ca exhibente mortem Mosis, hist. reform. litteraria, pro-*  
*ex Deut. XXXIV. expositam, leg. p. 45.*

tentiam sub examen reuocarem : quod nullibi fieri memini. Statuit namque Serubabem, Michaelem esse primum, Iudam vero Maccabaeum, alterum Michaelem. Diabolum, quocum Michael contendisse legitur *Iud. v. 9.* itidem esse homines, inimicos scilicet Serubabelis, rei publicae iudaicae restitutionem impedites, Bislamum scilicet, Mithredatum, Tabeelem, Rechumum, ceteros. Eamdem sententiam, quod mireris, *10. ANDR. SCHMIDIUS* (1) suam fecit, & magis exornare studuit: vti id palam indicat, quum *HARDTIVM* eam ob sententiam laude adficit. Quantum huic sententiae pretium sit statuendum, alibi, si Deo visum fuerit, *PRAESES* forte exponet. Ut hoc ὡς ἐν παρόδῳ moneamus, summe reuer. *GVSTAVVS GEORGIVS ZELTNERVS* (2) per schema illud *apoc. XII, 7* sqq. reformationem intelligit: vnde in adlicatione sequi videtur, vt per Michaelem *Lutherum*, per *angelos* eius, fideles paraftatas, per *draconem* autem antichristum & denique per *buius angelos* papae defensores intelligat. Quam sententiam theologis dijudicandam relinquimus.

§. XIX.

Sed alia ratione nostram de loco Iudee sententiam infringere conabuntur, qui pro creato angelo hic pugnare instituunt. Etenim quod Iudas *v. 9.* de Michaele dicit: id *Petrus* in parallelo loco *II Pet. II, 11.* de angelis pronuntiat generatim. Verba Petrina ita sonant: ὅπου ἀγγελοι ισχῡι ναι δυνάμει μείζονες ὄντες, οὐ φέρουσι κατ' αὐτῶν παρεκκλειώ βλάσφημον

F

Φημον

(1) *diff. cit. §. 60.*

(2) in bibliis germ. Altoriensibus, ad h. l. dieser Streit, ait, ist die gesegnete reforma-

tion, und wird cap. 14. zum

vorspiel dessen, was c. 20 weiter erzaebt wird, hier kürzlich berübt, vergl. c. 19, 11 sqq.

Φημον κεῖσιν. Notandum antea, βλάσφημον κεῖσιν conuenire cum κεῖσται βλασφημία Iud. v. 9. quod est, (vt supra §. X. notauimus) iudicium de blasphemia. Itaque in nostro loco βλάσφημον non sumendum actiue, sed passiue. Quumque dicitur πάρει κακόν, id praeter dominum, vel in praeiudicium domini, optime notare posse BRANDANVS HENR. GEBHARDI (3) existimauit. Praeterea κατ' ἀντῶν denotari putauerim, contra ipsoſ, sc. δόξας & κυριότητα, quae v. 10. erant nominata: vti bene 10. MARCKIVS.(4) Hoc modo per κυριότητα quiuis magistratus, etiam inferioris ordinis, per δόξας vero, qui in summis sunt honoribus, intelliguntur. Ita HERM. WITSIVS: (5) cum quo facit 10. FRANCISCVS BVDDEVS.(6) Ad quos autem in vtraque epistola respiciant apostoli, varie a variis disputatur. Multiad *Gnosticos*: de quibus aiunt, quod obedientiam magistratibus ciuilibus praestandam negauerint, quin eumdem blasphemauerint: vt CAMPEGIVS VITRINGA,(7) & BVDDEVS,(8) quomodo PETRVS DANIEL HVETIVS(9) Petrum aequē in IIep. ac Iudam Simonem & Nicolaum, ipsorumque discipulos insepariputat. Conf. quoque IOAN. MARCKIVS.(10) Quum his

(3) in epift. Iudee com-  
mentatione, part. II. §. 47. p.  
230.

(4) exercitationibus mi-  
scellaneis, siue selectarum dis-  
putationum atque orationum  
fasciculo, disp. VII.ad h. I.Pe-  
tri, p. 361. & 366.

(5) commentario in epift.  
Iudee, §. 21. ad h. l. in mele-

tematibus Leidensibus, p. 478.  
(6) ecclesia apostolica, cap.  
V. §. 8. p. 595.

(7) obseruat. sacr. lib. IV.  
cap. IX. §. 22. sq. p. 964. sqq.

(8) l. c. p. 597.  
(9) demonstratione euang.  
prop. I. §. 14. p. 41.

(10) l. c. p. 363.

his praesuppositis locus Petri rectius intelligi queat: iam non difficulter respondemus. Namque nondum sequitur, Michaelem debere esse creatum. Potest enim aliquid Christo, potest & id alibi angelo tribui. Clarum quoque, multisque a vener. IO. IACOBO RAMBACHIO (11) probatum, in sacris saepissime eadem Christo & fidelibus adscribi, easdemque de vtrisque phrasēs, adhiberi. Ut vero Christus etiam est vocaturque saepissime מלאך *angelus*, immo & ἀρχαγγελος, princeps angelorum, qui reliquis praeest & imperat, eorum quasi caput: ecce, igitur, haec actio non & aliis attribueretur, praecipue quum certum indubiumque sit, angelos creatos Christi, Dei & principis sui summi, exemplum sequi? Quid impedit, quo minus statuas, eos & in hoc facto Christi exemplum sequitos itidem in disceptationibus cum satana a νέστει βλασφημιας abstinuisse? Quid? quod hic est argumentatio a maiori ad minus, & Petrus certissime ita conclusit: si Christus non tulit νέστων βλασφημιας, quanto minus id facient angeli, qui Christo infinitum in modum sunt inferiores, & ad eius exemplum se debent conformare: vti subiecti principis exemplum imitantur, secundum tritum illud:

*regis ad exemplum totus componitur orbis.*

Vidit hanc vtriusque loci harmoniam IO. MARCKIVS: (12) ad eum (Michaelem archangelum) certe maxime respexit, hac peribra ob excellentiam diuinam dignissimum, ex illius exemplo aliorum ministrorum eius praxin disci volens. Perinde vti Iudas eodem modo argumentatur: si ne ipse quidem filius

F 2

Dei

(11) observationibus selectionibus eius hermeneuticis.  
Etis de parallelismo scripturae, (12) exercitat. miscell.  
§. 17. p. 242. sq. in exercita- disp. VII. p. 365.

Dei tulit κεῖσιν βλασφημίας, quanto minus facere id debent pseudoprophetae.

§. XX.

Supereft contra locos sacros vna obiectio, qua dici non potest, quantopere multi sibi placeant plaudantque. Desumitur ea ex I Thes. IV, 16. vbi archangelum esse creatum inde adstrui putant, quod a Christo expresse distinguatur, quandoquidem ibi dicatur: *venturus cum archangelo*. Quod si, vt dicunt, verum esset, omnino non contemnendum foret dubium. Enimuero verba authentica omnino rectius exponi possunt, quae ita habent: αὐτὸς ὁ κύριος ἐν κελέντματι, ἐν Φωνῇ αὐχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι Θεοῦ καταβήσεται εἰπ̄ ὄντανον. Hic obseruandum, quemadmodum in primo membro dicitur *venturus Christus* ἐν κελέντματι, *cum borzatorio clamore*, & in tertio ἐν σάλπιγγι Θεοῦ, id est, *cum tuba*, seu tubicinio, ipsum, vt *Deum*, decente, qua & se *Deum* esse, notum fieri omnibus possit: sic in secundo *venturus* dicitur ἐν Φωνῇ αὐχαγγέλου, quod itaque eodem significabit modo: *cum voce*, ipsum, ceu *archangelum*, decente. Ea autem vox, qua se *Deum* archangelumque monstrabit, quae erit alia, quam qua mortuos excitabit & ad iudicium vocabit? Quod si & HVGONIS GROTI explicationem accipias, in integro tamen omnia erunt. Sic enim notaretur vox tubae diuinæ, ab archangelo, Christo, inflatae. Bene prae reliquis BRAND. HENR. GEBHARDI: (13) vbi, inquit, dicitur *venturus* ἐν Φωνῇ αὐχαγγέλου, *cum voce archangeli*, ibi Φωνὴ non accipiendum est actiue, siquidem omnibus angelis aequaliter competit tubarum cantus, Matth. XIII, 41. cap. XXIV, 31. sed passiue, vt sit sensus: *Christum venturum esse cum magnifico*

(13) in epist. Iudee commentatione, §. 43. p. 226.

gnifico angelorum tubicinio, principem angelorum decentem.  
 Quod ipsum quoque patet ex adie<sup>c</sup>to εν σάλπιγγι Θεού, in tuba Dei. Non enim hoc actiue est reddendum, quasi ipse Deus canturus sit, sed passiue, quod Christus venturus inter tubicinia Deo tanto conuenientia. - - Talem sese Christus archangelum exhibuit, quum legem daret Exod. XX. multis enim angelorum legionibus stipatus fuit. Verum non video, quid impedit, cur statuere nolimus, Christo ipsi quoque tubicinium tribui. Etenim Zach. IX, 14. Deus ipse tuba canturus dicitur: וְאֶרְכֵי יְהוָה בְּשׁוֹפֵר יְהִקָּע וְהַלֵּךְ בְּסֻרוֹתָן חִימָנ et Dominus Deus tuba clanget & incedet in procellis seu tempestatibus austri: ad quem locum praeclare ven. CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS: (14) classicum ipse cantaturus, ut, velut strenuus imperator, suos ad pugnam animet. Idem Christus de se ipso dicit Io. V, 27. 28. ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ καὶ κρίσιν ποιεῖν, ὅτι οὐδὲ αὐθεόπου ἐστι. μὴ θαυμάζετε τοῦτο. ὅτι ἔρχεται ὥρα, ἐν ᾧ πάντες, οἱ ἐν τοῖς μνημεοῖς ἀκούσονται τῆς Φωνῆς αὐτοῦ, καὶ ἐκπορεύσονται. Et res ipsa edocet, neminem alium sua omnipotente voce mortuos posse exsuscitare. Notari autem vellem, hic a nobis neutiquam excludi alias angelos, sed insigni angelorum, ut comitum, caterua, archangelum nostrum, Christum, fore stipatum atque circumdatum, credimus. Nam sine dubio, postquam Christus signum dederit, clamoremque hortatorium ediderit, & tuba clanxerit, eius exemplo excitati eius administrari idem facturi censendi sunt. Praesertim autem huc adplicanda est ea vocis κελεύσματος significatio, qua de ducibus sumitur, exercitum cogentibus: vti hic Christus angelos quasi suos ad hanc solemnitatem excitabit. Quam

F 3

huius

(14) notis ad biblia ebr. Zach. h.l.

huius vocis significationem ostendit IACOBVS ELSNERVS,  
 (15) quem honoris causa nomino, adprobatam a clar.  
 CHRISTIANO STOCKIO. (16) Commode hinc expli-  
 cari quoque potest, si in aliis locis Christus cum angelis  
 venturus dicitur, veluti Matth. XIII, 41. XVI, 27. XXIV,  
 31. XXV, 31. Marc. XIII, 27. Iudae v. 17. Et hinc cre-  
 dibile mihi videtur, quod Paullus propterea vocem *ἀρχαγ-γέλου* hic posuerit, quia scilicet haec ipsa iam innuit plures  
 angelos, & presupponit. Quis enim putaret, principem  
 angelorum solum venturum? Potius, vt reges & princi-  
 pes multis seruis in solemnitatibus vti solent: ita & Chri-  
 stus, rex regum & archangelus, cum myriadibus angelo-  
 rum, summam maiestatem augentium, iudicium pantocriti-  
 cum est peracturus. Tantum itaque abest, vt hic alias  
 archangelus intelligatur, vt clarissimum sit, praeter Chri-  
 stum per eum intelligi neminem. Non igitur amplius  
 moramur, qui huic nostrae sententiae dicam scribunt, vt  
 sunt viri summi: b. AEG. HVNNIUS, (17) FRID. BALDVI-  
 NUS, (18) IO. CONR. DANNHAVERVS, (19) HENR. AN-  
 DREAS WALTHERVS, (20) CHRISTIANVS STOCKIUS,  
 (21) PHIL. PAREVS, (22) ANTONIUS GRELLOTVS,

(23)

(15) obseruat. sacr. tom. II. p. 276. archangelum & antagonistam diabolum ex Iudae v. 9. exhibet.

(16) h.l.p. 1315.

§. 5.

(17) commentator. ad h. l. p. 707.

(20) exegesi epist. apost. Iudae, p. 105.

(18) comment. ad h. l. p. 164.

(21) clavis linguae sanctae noui test. p. 10.

(19) differt. theol. qua dia-  
*λεξις* angelica inter Michaelem

(22) comment. in epist. Iu-  
 dae, h.l.

(23) & prae reliquis IOAN. FECHTIVS, (24) qui duriora paullo de hac expositione verba habet: *vbi tuba archangeli sine grandi ἀκυρολογίᾳ, de tuba ipsius Christi intelligi nequit.* Quam absurdum enim in humanis est, principem urbem quamdam suam ingredientem, ipsum & tubam inflare, ad aduentum suum significandum, tam absurdum est, Christo in simili hoc attribui. Tribuitur autem archangelo in clamatio tubae, non quasi is solus Christum aduentantem in clamaret, sed quod ceu reliquorum angelorum, Christum praecedentium, dux & princeps ceteros ducat, & quo quisque loco inflare tubam & aduocare ad iudicium mortuos debeat, mandata distribuat. Quae quomodo diiudicanda sint verba, ex modo dictis potest clarere. Ceterum egregie quoque has obieciones soluit HERM. WITSIVS. (25)

§. XXI.

Scio, aliquid contra nostram expositionem vulgo regeri. Argutantur enim, si tuba archangeli ipsius sit Christi, positum hunc fore prorsus insuetum, nec similem vllibi in sacris reperiri. Sic inter alios IO. FECHTIVS (26) *hoc sine grandi ἀκυρολογίᾳ de tuba ipsius Christi intelligi nequire ratur.* Verum nec hic nobis deest, quod reponamus. Nonne enim similis orationis positus inuenitur I Sam. III, 21. כי נגלה יהוה אל־שׁמואל בשילו בך כי יהוה— quia manifestauerat se Iehouah Samueli in Schiloh, in verbo Iehouae, id est, in verbo suo. Sic Exod. XXX, 16. Iehoua loquitur: וְהִתְּבָנֵי יִשְׂרָאֵל לְזֶכְרוֹן לִפְנֵי יהוָה—

¶

- (23) prodromo in D.Ioan. §. 4. p. 181.  
apoc. p. 140. (25) miscell. sacrī, tom.  
(24) lectionibus theol. in II. exerc. IV. §. 24. p. 134.  
syllogen, disp. X. de angelis, (26) l.c.

Et sit Israelitis in memoriale coram Ieboua, hoc est, coram me. Praesertim notatu hic est dignissimus locus apoc.XII, 10. 11. οὗτοι ἐγένετο ή σωτηρία και ή δύναμις και ή βασιλεία τοῦ Θεοῦ ήμῶν, και ή ἔξουσία τοῦ Χειροῦ αὐτοῦ - - και αὐτοὶ ἐνηγόρων αὐτὸν διὰ τὸ αἷμα τοῦ ἀγνοῦ. Hic licet Christus praecesserit, tamen aliud eius nomen postea ponitur, scilicet agnus, licet poni potuisse per sanguinem eius. Prostant permulta similia exempla in veteri nouoque testamento, veluti Zach. III, 8. Luc. III, 19. act. VII, 30. 35. 38. apoc. IV, 4. Io. III, 18. 19. Probe hoc notant IO. CLOPPENBURGIVS, & ex eo HERM. WITSIVS, (27) praecipue quoque ven. IO. BALTHASAR BERNHOLD. (28)

### §. XXII.

In loco apoc. XII, 7. sq. omnes fere nobiscum consentiunt, praesertim inter nostrates. IOANNES tamen FECHTIVS (29) obiicit, & angelis ipsis bonis malisque victoriam adscribi, immo ipsis hominibus fidelibus, quamquam his virtute Christi, Dan. X, 13. Epb. VI, 13. Sed aliud est, si id virtute Christi faciunt, id quod Epb. I. c. expresse dicitur, aliud quod Michael propria vi id efficiat, ut in apoc. ubi emphatica ac maiestate plena verba id omnino euincunt. Praeclare hoc vedit anonymous quidam : (\*) il s'agit dans ce combat d'une victoire au desfus d'un ange créé, il s'agit de la défaite de satan & de ses anges iettés du ciel en terre, œuvre qui n'appartient proprement, qu'à Iesus Christ, lequel paroit ici sous le nom d'un ange. Locus Danie-

(27) miscell. sacris, tom. II.  
exerc. IV. §. 24. p. 134.

(28) meditatione exegetica de Michaeli archangelo vno, §. 8.

(29) l. c. p. 181.  
(\*) in éclaircissement sur l'  
apocalypse de S. Jean, système  
nouveau, Amstelodami 1687.  
12. p. 48. sq.

Danielis autem in contiouersiam venit, vnde probare nihil potuit.

§. XXIII.

Non obliuisci decet, quod multi, interque eos CHRI-STIANVS CHEMNITIVS (30) aliique, argumentum, ex Michaelis nomine desumptum, varia ratione prorsus eant de-structum. Monent nomen מיכאל toties totiesque homi-nibus fuisse impositum. Hinc tot passim in scriptura ex omnibus Israelitarum tribubus memorari homines, hoc no-mine insignitos, veluti Num.XIII, 14. Esr.VIII, 8. & in per-multis chronicorum locis: quos videre poteris apud MATTHAEVM HILLERVVM, (31) itemque IO. ANDREAM SCHMI-DIVM, (32) qui eos pro sua sententia allegat, edocturus, per Michaelem archangelum Iudae v.9. nec filium Dei, nec angelum creatum, sed hominem, Serubabelem nempe, signifi-car. Speciatim FRID. RAPPOLTVS, (33) citatus a BRAND. HENR. GEBHARDI, (34) ait, ex vi nominis non posse argu-mentum peti: Non esse similem Dei, non de ea sola similitudi-ne Dei dici existimavit, quae est ἀπαρίλλαγτος, sed etiam de similitudine, qua quis Deo longe est inferior: vnde & nomen hoc tritissimum esse putat. Ante eum idem inculcauit IO.

G

CONR.

(30) in Michaelis archan-geli cum diabolo de corpore exhibente mortem Mosis ex Mosis certamine, ex Iudae v. 9. disput. inaug. delineato, ad posit. II. p. 10.

(32) diff. theol. exegistica Deut. XXXIV. expositam, §. 48. sqq.

(31) onomastico sacro, item que in dem erklaerungs-register aller namen in der heil.bi-bel, voce Michael.

(33) obseruatt. philol. in b. l.

Iudae.

(34) in epistolam Iudae com-mentatione, part. II. §. 41. p. 223.

CONR. DANNHAVERVS, (35) accipimus, inquit, adpellationem banc dupliciter, quia competit alicui personae duobus modis, nimirum absolute & comparate. Absolute, siue essentialiter, Michael adpellatur, id est, aequalis Deo, filius aeternus Dei. Comparate vero Michael dicitur, qui dignitate aliqua supra alios ad Deum proxime accedit, & vice eius apud alios fungitur. Ad haec aliorum nominibus, angelorum potissimum, instantiam formant, quae, perinde ut nomen Michaelis, sint significantissima, ut *Gabrielis*, *Raphaelis*, *Vrielis*, itemque variorum, qui nomen seruatoris nostri gesserunt, quod graece Ιωσους, ebraice יְהוָשׁעַ sonat, proprie soli seruatori competens. Pergunt, multis sanctissimum Christi nomen esse, siquidem & Saul & Cyrus vocetur. Immo videri posset, quod, si spiritus sanctus voluisset, ut nomini מיכאל singularis subesset emphasis, potius alia elegisset nomina, Christo melius aptiusque conuenientia: quae & eius diuinitatem multo clarius manifestassent, nempe quis est sicut Ieboua? I Reg. XXII, 13. contraictius II Chron. XVIII, 8. quod MATTHAEVS HIL-  
LERVS (36) vertit: quis par est ei? maxime autem contraictum est II Reg. XXII, 8. quod ultimum tamen GREGORIUS GREGORII FRANCVS (37) tantum transfert: quis bic? Hoc itaque nomen idem esset, ac vti relatum legimus Exod. XV, 11. מי כמוך יהוה quis est, sicut tu, inter Deos, o Ieboua? Confer alia loca, a PRAESIDE (38) iam ex-

(35) diff. theol. qua διάλεξις  
angelica inter Michaelem arch-  
angelum & antagonistam dia-  
bolum ex Iud. v. 9. exhibetur, §. 5.

(36) de arcano ketibbh &  
keri, lib. I. p. 107.

(37) in lexico sancto, num.  
CXVI. p. 150.

(38) de Michaeli archan-  
gelo, non creato, sed creatore,  
Iesu Christo, dissert. §. 17. p.  
43.

exhibita, vbi etiam hoc positu Iehouae mentio fit. Varia omnino sunt, quae his regerere possumus. Primum, quod tot fuerint, qui Michaelis nomen habuerint, inde venire putauerim, quod pii parentes, fide in Meßiam pleni, eius quoque, quem recens nati essent filii, testimonium edituri, filiis emphaticum hoc nomen imposuerint, boni ominis loco, ut puer in vita sibi semper eundem proponeret, eius pracepta seruaret & pia sanctaque vita exprimeret, quin ut sibi eius auxilium expeteret, firmiterque crederet, fore, ut ab ipso defendatur, secundum illud, quod Paullus ait: *si Deus pro nobis, quis contra nos?* Illa loca plurima citata nostram minime euertunt sententiam, sed potius, quod adstructum imus, confirmant, *proprie* nomen hoc Christo conuenire, licet *impropri*e alii homines habere id possint. Recte quoque MART. GEIERVS: (39) *solus Dei filius proprie hoc usurpare potest nomen, quis sicut Deus? ego, qui cum patre unum sum, Io. III, 30. quaecumque babet pater, mea sunt.* Instantia de aliis angelorum nominibus plane non valet. *Gabrielis* enim nullo modo tale quid significat. Etsi enim גֶּבְרִיאֵל a *virtute & robore Dei* est nominatum, & ex MATTHAEI HILLERI, (40) MOSEN MAIMONIDEN pro se adlegantis, sententia *virum Dei, a Deo missum*, significat; tamen inde non aliud elicetur, quam quod homini pio tribui etiam potest, elogium. Id quod bene vidit acutissimus HERM. WITSIUS, (41) *magna, inquit, diuersitas est inter nomen Michael & Gabriel.* Nam ut illud facile & quasi sua sponte istam animo audientis cogitationem ingredit, eum, qui sic appellatur, parem esse Deo & neminem sibi  
G 2 pa-

(39) *praelect. acad. in Dan. voce prophetam*, p. 804. (41) *miscell. sacris, tom. II.*  
(40) *onomastico sacro, hac exerc. IV. §. 3. p. 121.*

parem habere: ita hoc significans fortitudo mea est Deus, clavis  
 satis ostendit eum, qui sic nominatur, fortitudinem in se non  
 habere, sed in Deo, & consequenter non esse Deum, sed esse cre-  
 atum aliquem angelum. Varie & praeterea vertitur, vt a  
 PRO CLO, (42) Constantinopolitano episcopo, Deus & homo,  
 ex inscritia linguae, ab ALPHONSO SALMERONE vir meus  
 Deus, 10. COCCEIO, robur meum, vel Victoria mea est Deus for-  
 tis; celeberrimus vero FRIDER. AD OLPHVS LAMPIVS,  
 (43) τὴν ὑποθέσει δουλεύων, exposuit robur Deus fortis, siue ro-  
 bur Dei fortis. Ita tamen iam ante 10. BINCHIVS (44) no-  
 stter reddidit fortitudo Dei. Eodem modo responderi pot-  
 est ad nomen Raphaelis, Vrielis, quorum hoc lucem & illumi-  
 nationem Dei, illud autem diuinam sanandi potestatem signat.  
 Obiectio ex nomine Iesu pro nostra est sententia, siquidem  
 nos ita concludimus: quemadmodum nomen Iesu, notans  
 ipsam rem & officium, seruatori proprium est permanetque,  
 (vt vel ex angeli Gabrielis denuntiatione scimus) nec inde  
 fit adpellatiuum, aut commune, et si multi eodem nomine  
 fuerint ornati: sic Michaelis nomen ipse est permanetque  
 proprium Christo, quamuis itidem multi, eo insigniti, de-  
 prehendantur. Vti nec dicere possumus, quod, quia qui-  
 dam Christi vocantur, & Gallice de Dieu, nec non Immanuel,  
 inde consequi, nos ex iis nominibus, seruatori nostro adscri-  
 ptis, nil diuini elicere & probare posse. Similiter si Saulus  
 & Cyrus dicuntur משיח hoc est adpellatiuum, quoniam, ceu  
 reges, vngui erant. Quis itaque non videt horum imbecil-  
 litatem argumentorum? Breuiter: proprie neutiquam de  
 alio,

(42) orat. II. in incarnat. in Spir. sancto, §. 25.  
 biblioth. patrum, tom. VI. p. 590 (44) mellific. theol. part. II.  
 (43) dissert. theol. VII. de loc. VI. p. 30. b.

alio, quam Iesu Christo, sumi potest Michaelis nomen, ut propter cui nomen hoc significantissimum, diuinaque sapientia inventum, inditumque ipsi, ob rem, quam possidet, significatam, vere & realiter tantum tribui potest. De aliis hominibus non potest dici, nisi *improprius*, & ut b. FRIDERICVS RAPPOLTVS (45) ait, *καταχεισμός*: quia usus, ut vulgo dici solet, est tyrannus.

§. XXIV.

Sed tamen grammaticae hoc nomen non Deo, sed rei creatae competit, ideoque vel angelo, vel homini, est proprium? Scio hoc obiicere IO. FECHTIVM. (46) Verum quod grammaticae Christo commode competit, patet ex eius nativa versione, quae haec est: *quis est sicut hic Deus?* Ut pluribus (\*) probatum est; quod vero ipsi proprius competit, §. antecedenti euicimus.

§. XXV.

Nonne vero cum multis statui potest, & filio Dei, & angelo creato, hoc Michaelis nomen tribui? Minime. Caussae enim, quae adducuntur, minus sunt sufficietes, scilicet, quia & hominibus tribuatur. Hominibus enim id tribui expresse sacris in litteris relatum legimus, non autem, quod angelo creato competit. Loca, quae proferuntur ac de creato angelo agere videntur, id usque eo non faciunt, ut recte considerati, quod tum hac, tum priori dissertatione ostensum est, de Christo explicitur quam aptissime. Praeterea hoc ipsum statim desperatae caussae indicium quasi est, si, quod de uno exponi potest, increato Christo, hic de eo, illuc de alio, exponatur. Nihil quoque, ut verum fatear, caussarum video,

G 3

cur

(45) *obseruatt. philolog. in gen, disp. X. §. 4. p. 180.*

*epist. Iudee, ad v. 9.*      (\*) *priori dissert. §. 17.*

(46) *lection. theol. in syllo-*

cur sanctissimus sapientissimusque Dei spiritus idem nomen  
tum Christo, tum angelo alicui, tribuisset. Cur non angelo  
aliud nomen dedisset? Praecipue, quum, si sic aequiuoce  
quasi loquutus fuisset, inde confusio angeli non creati & crea-  
torum oriri potuisset. Quae omnia in stilo sacro praecauet  
spiritus sanctissimus. Denique nullum aliud exemplum oc-  
currat, quod extra controversiam fore, ubi idem nomen pro-  
prium Christo & angelo creato alibi fuerit adscriptum. Ni-  
hil ut vrgeam, Deum, qui sine dubio huius nominis auctor  
est, tam emphaticum nomen numquam angelo creato im-  
positurum, ne ipse angelolatriæ daret occasionem; sapien-  
tiā autem eius requirere, ut significantissima nomina, quale  
hoc est, ipsas simul qualitates & essentiam exprimentia, filio  
suo imponantur. Hanc sententiam ex instituto monstrauit  
vener. Altorsinus theologus, IO. BALTH. BERNHOLD. (47)

### §. XXVI.

Sed nostrae, de origine huius nominis, mere diuina, sen-  
tentiae obiicere aliquis posset, ab hominibus id sine dubio o-  
riginem suam ducere, quoniam iudei referunt, in Babylonia  
demum angelorum inuenta esse nomina. Comprobant il-  
lud, quum aiunt: (48) *ריש אמר אלהים המלכים על מbabel בראשונת Resch Lakisch dixit, etiam angelorum nomina primum e Babylonia venerunt.* Quod si hoc ita su-  
munt ebraei, ut puto, plurima angelorum nomina propria a  
Deo in Babylonia piis suis, ibi in captiuitate versantibus,  
in solamen reuelata, ac ibi demum in sacris paginis ex-  
pressa fuisse, consentio. Liquet enim illud ex Daniele,

tum

(47) meditat. exeget. de cheth rosch baschan, princi-  
Michaele archang. vno. pio. Idem videoas in libro en-

(48) in talm. Hieros. mafse- Israel, p. 187. col. 2.

3  
3  
2  
1  
4

---

NON CREATVS, SED<sup>I</sup> CREATOR, IESVS CHRISTVS, VINDICATVS. 55

tum *Michaelis*, tum *Gabrielis* saepe mentionem faciente. Nullum sane nomen proprium angeli alicuius antea in veteri testamento inuenies. Etsi enim *gen. III, vlt.* *Cherubim* occurunt, & *Esaias Seraphim* etiam nominet, notum tamen est, hoc non *vnius* angeli, sed integri angelorum ordinis, nomen haberi: vnde & in plurali solet occurrere. Quod si autem iudei adsertum illud ita sumferint, quod ex *Babylonia* ab hominibus, reuelatione *diuina* destitutis, & forte *Babylonii*, *philosophiae* ac *litterarum* non expertibus, inuenta & in *Iudeam* asportata sint ea nomina, & opinionem, *scripturae noxiā*, statuunt, & falluntur omnino vehementer. Qui velit, de hoc iudeorum placito **THEODORICVM HACKSPANIVM** (49) nec non **PETRVM DANIELEM HVENTIVM** (50) inspiciat.

§. XXVII.

Claudimus hic riuos, vel potius fontes sacros, paullisper aperitos haustosque, ut veram de Michaeli archangelo sententiam imbibemus. Postquam igitur & argumenta pro Michaeli, Christo, ex omnibus, de eo praecipientibus, locis ordinate & sufficienter priori dissertatione attulimus, & in praesenti obiectiones, quae formantur, solumus: certo nos demonstrasse merito putamus, praeter Christum Michaeli esse neminem. Cui pro viribus benignissime concessis, gratias agimus deuotissimas.

*Prov. XVIII, 10.*

מְגֹדֵל־עַז שָׁם יְהוָה בְּנִירֹעֶץ צְדִיק וְנִשְׁגָּב:

FINIS.

---

(49) *disp. de angelorum da-*  
*monumque nominibus*, quam re-  
spondens **IOAN. FRISCHMUTHVS** defendit, **HACKSPANII**  
*disputationum theol. & philol. syl-*  
*logiae inserta*, th. I. p. 232. sq.

(50) *demonstrat. euangelica,*  
propof. IV. p. m. 361. qui tum  
nostrum locum talmiadicum, tum  
alium quemdam ex *breschith rab-*  
*ba* citat quidem, at locum non  
addit.

PRAE-

5.  
PRAESTANTISSIMO DOCTISSIMO QVE  
DEFENSORI,  
FAVTORI ATQVE AMICO HONORATISSIMO,  
S. P. D.  
P R A E S E S.

**E**X quo mibi paulo intiuisti, ( id quod ante complures  
iam annos factum est ) in te suspexi omniaque singularem di-  
scendi ardorem & ad praeclarar quaevis entitatem animum  
cum pietatis amore coniunctum. Facile iam tum praeuidi, TE, si ea-  
dem virratis ac studiorum via perrexeris, eximum prorsus, & qui alii  
exemplo esse queat, euasurum. Quia in re me falsum haud fuisse, testa-  
tus es, mi optime, postquam, ad aliora contendens, academiam primum  
Ienensem petiisti, ibique venerandis viris, supra laudem nostram positis,  
te addixisti. Sic enim dici non potest, quanta in doctrina perinde  
ac pietate cepiris incrementa. Par ratione in Fridericiana cumulum  
quendam litteris addere. & in pietate quoque proficere numquam de-  
fisi. Quumque nec meae TIBI institutiones displicuerint, quotidie  
TE explorare studiorumque rationem adcuratius cognoscere licuit. Per-  
placet vero institutum mibi TVVM, nobilissime SCHVLZI, quod tur-  
pitudini quasi TIBI ducas sine publico quodam eruditio[n]is Specimine  
ex academia nostra discedere. Cuius argumentum, licet paulo diffi-  
cilius, quin ita sis publice disputaturus, ut ingenium ostendas praeclarurum  
& doctrinam in soluendis obiectionibus haud exiguum, ego certe nullus  
dubito. Toties enim striesque & respondentis, & opponentis vicibus,  
me moderante, fuisti perfunditus, ut in disputando expeditor factus, ha-  
bitum quemdam TIBI adquisueris haud contempendum. Quocirca  
meum requirit officium, ut TE, SCHVLZI politissime, abeuntem pia  
gratulatione, faustis omnibus, votis denique, pro salute & felicitate  
TV A fuis, prosequar, omniaque fortunata ex animo adprecer. Non  
minus tamen gratulari decet viro plurimum reverendo atque doctissi-  
mo, IOAN. MAVRICIO SCHRAMMIO, patriam ecclesiam  
praeclare ornanti, cuius singulari fauori & consilii, frequenti  
litterarum commercio tecum communicatis, TV A studia, in academiis  
bene feliciterque instituta, multum omnino debent. Ego vero, cui mul-  
titus iam modis doctrinam, industria, pietatem morumque castitatem  
probauisti, non possum mibi imperare, quin sperem atque confidam, fore,  
ut spiritus caelestis gratia magis magisque in dies perfectus, rem ali-  
quando christianam pie ac constanter cures. Sic Numen numquam  
non persentis praesentissimum. Vale meique memor viue. Dabam  
e museo, in regia Fridericiana, d. XVI Aprilis, anno

τῆς χειρογραφας CIC 1000 XXXII.

\*\*\* o \*\*\*

1. Chemnitius de S. Coena  
2. Fechtius de sacrificio Christiae  
3. Haffius de S. Coena.  
4. Herendorf de S. Coena.  
5. Id de S. Coena.  
6. Id de S. Coena.  
7. Werenfels de S. Coena.  
8. Schmidius de Oblatis Eucharistiosis.  
9. Werner de Iure excludendi à S. Coena.  
10. Lritius de Pelagianismo.  
11. Holzhus de quatuor Novisimis.  
12. Gerharde de Appellatione ad Supremam Iudicem.  
13. Graun de Statu animae hum: post mortem.  
14. Clasing de controversia Nestorianismi.  
15. Gotzii disquisitio num miribundus est.  
16. Moskettii de Felicitate Confessio.  
17. Sontag Neutralitas Religionum.  
18. Soherzerus de peccato in Spir: S.  
19. Losius de Graecostimulatione rerum hum:  
20. Herendorf de absolute Decreto.  
21. Loscher de Laroxismo abs: Decreti.  
22. Dithmarus de Cumulatione à sta prohibito.

Wernodoff de Polygania.

Hulsius de turpitudine incestae.

Clasenii animadversiones.

Zudens de poena damnatorum & fixienda.

Wolle de Interitu mundi.

Welthemi de Justificatione.

Mieg de pariete intercedente.

Nosheim de tribus in terra testib.

Heiderus de Moris resurrectae.

Vaubauer de Corpore Mosis.

Vaubauer de Michaeli Archangelo.

Vaubauer de Michaeli Archangelo.

Iesu de Evangelio.

nonis de ratione

ollius de Theologia.

enpe de Inspiratione

imesius de Canonibus Apostolorum.

Ajude unico S.P. principio.

Iesu de Sp.

gotu Disertatio de fundamentis Revelacionis

manu de Divinitate Scripturarum



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn862093732/phys\\_0061](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862093732/phys_0061)

DFG





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn862093732/phys\\_0063](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862093732/phys_0063)


DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn862093732/phys\\_0064](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862093732/phys_0064)

DFG



(67.)

Verum innocentiam Calvini ingenuuit ipse Bellarminus lib. 2. de Christo inquiens: *sed quanquam hæc ita se habeant, ipsam excusio, & Calvini sententias diligenter facile audeo pronunciare, illum in hoc eruidem docet, Filium esse à se, respectu Essentiæ Personæ, & videtur dicere velle, Personam triplex, Essentiam non esse genitam, nec producere ipsa, ita, ut, si à Persona Filiæ removeas utrem, sola restet Essentia, que est à se ipsa.* productis Calvini verbis ex Instit. lib. 1. c. 5. probat, licet, quoad modum loquendum errasse judicet. Ibid. c. 5. p. m. 326. ni inquit; *Utinam semper sic erraret Calvinus* Recognitione quidquam in contrarium Bellarmini moderationem erga Calvini probat Petavius Theol. Dogm. Tom. 2. p. m. 618. Loquendi formulam simpli- am, ut Sabellianæ hæresi affinem existi- nius in Epist. ad Joh. Uytenbog. quæ ex- æstant ac Erudit. Viror. Ep. 44. p. m. 58. Bullus Defens. Fid. Nicænæ sect. 4. §. 7. 40.

## §. XVII.

initatis dogma probat Spiritus S. Perso- as. Spiritum S. esse personam divinam initarii, qui Spritum S. Dei Virtutem, actionem, Auram, Agitationem & Qualitatem cumque, quatenus in Deo manet ut Spiritus immaterialis, Virtutem Dei Naturalem; quæ concipienda, sit; quatenus vero à Deo fide- que à Deo in homines manat, Virtutem medi-

I 2